

DISSE^{1792,5}
TATIO IN AVGVRALIS
DE
STVDIIS HAMBVRGENSIVM
PROMOVENDI COMMERCIA SVA,
TAM IN IVRE PVBLICO QVAM PRIVATO
CONSPICVIS.

QVAM
AVSPICIIS REGIIS
AVCTORITATE ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
IN
ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
RITE OBTINENDIS.

PROPONIT
DIE XXII. SEPTEMBRIS MDCCLXXXII.
IOANNES LUDOVICVS GRIES
HAMBVRGENSIS.

GOTTINGAE,
LITERIS IOANNIS GEORGII ROSENVSCH, ACADEM. TYPOGRAPHI.

INCLYTAE LIBERAE
SACRI ROMANI IMPERII
REIPUBLICAE HAMBVRGENSIS

SENATVI
SPLENDIDISSIMO ET AMPLISSIMO

VIRIS

MAGNIFICIS, PERILLVSTRBVS,
CONSVLTISSIMIS; EXCELLENTISSIMIS

PATRIAEC PATRIBVS
RELIGIONIS LIBERTATIS ET IVSTITIAE DEFENSORIBVS
VIGILANTISSLIMIS
COMMERCIORVM TVTORIBVS BENIGNISSIMIS
MVSARVM PATRONIS OPTIMIS
FAVTORIBVS SVIS INDVLGENTISSLIMIS
HAECCE STVDIORVM SVORVM
CONAMINA
PIA DEVOTAQVE MENTE
SACRA FACIT

TANTORVM NOMINVM

Cultor observantissimus
AVCTOR.

Con p e c t u s.

Agitur de studiis Hamburgensium, promovendi commercia, conspicuis

I. In iure publico (P. I.); et quidem

I. Externo (Sect. I.)

1. Nonnulla universē monentur. (§. 1.)

II. Missis, quae universam hancam concernunt, in iis subsistit, quae
Hamburgum separata habet.

A. De privilegiis, ab exteris in favorem commercii paratis, quibus
concessa sunt haec:

1. Ius persecutionis piratarum et defensionis Albis. (§. 2.)

2. Exemptiones a teloncis. (§. 3.)

3. Immunitas a iure litoris. (§. 4.)

4. Libertas commercii tempore belli S. R. I. (§. 5.)

5. Ius de non appellando. (§. 6.)

6. Ius monetæ. (§. 7.)

7. Ius stipulae. (§. 8.)

8. Ius prohibendi aedificationem alius urbis, intra certum distri-
ctum. (§. 9.)

B. De foederibus et conventionibus in favorem commercii initis.
(§. 10.)

i. De iis, quibus terrae negotiationi opportuna, partae. (§. 11.)

2. tum, quibus alia iura eidem proficia, parata sunt; initis:

a. Cum civitate Lubecensi et Bremensi. (§. 11.)

b. Cum Francogallis. (§. 12.)

c. Cum Hispania et Lusitania. (§. 13.)

d. Cum Anglis. (§. 14.)

e. Cum Danis et Suecis. (§. 15.)

f. Cum Belgicis aliisque gentibus. (§. 16.)

C. De reipublicæ Hamburgensis comprehensione in celebratioribus
Europæ pacificationibus. (§. 17. 18.)

D. De variis virtutibus, quibus Hamburgenses exterorum benignita-
tem meruerunt. (§. 19.)

II. In-

II. Interno. (Sect. II.)

- I. Partim ratio habetur constitutionis reipublicae Hamburgensis. (§. 20.)
- II. Partim iurium regiminis exercitii, et quidem
 - A. Iuris supremas inspectionis, quod se exseruit in concedendis vel confirmandis hisce institutis, vulgo dictis:
 - I. Commerzdeputation. (§. 21.)
 2. Schonen- Englands- Flanderfahrer Gesellschaft. (§. 22.)
 3. Kramermamt. (§. 23.)
 4. Asscuranzcomgagnien. (§. 24.)
 5. Banc. (§. 25.)
 6. Gesellschaft zur Beförderung der Künste. (§. 26.)
 7. Institut der Selävenlösung. (§. 27.)
 - B. Regalis jurisdictionis. (§. 28.)
 - C. Regalis politiae, quae, quoad huius instituti est, administratur:
 1. Ab admirallitate. (§. 29.)
 2. A deputatione Albis et aliis collegiis. (§. 30.)
 - D. Regalis vestigalium. (§. 31.)
 - E. Iuris reformandi. (§. 32.)
 - F. Iuris legationis et receptionis novorum civium. (§. 33.)

II. In iure privato. (P. II.)

- I. De legibus statutorum Hamburgensium corpore comprehensis.
(Sect. I.)
 - I. Generalia. (§. 34.)
 - II. Speciatim agitur.
 - A. De praescriptione. (§. 35.)
 - B. De libris mercatorum. (§. 36.)
 - C. De commodato. (§. 37.)
 - D. De rei vindicatione. (§. 38.)
 - E. De communione bonorum. (§. 39.)
 - II. De aliis legibus, hodiernam vim non ex corpore statutorum habentibus (Sect. II.) Latae sunt
I. De cambiis. (§. 40.) II. De re nautica. (§. 41.) III. De concursu. (§. 42.)

PARS.

et, et quod non possit illi sensim. Iuxta eum est super
eum pietatis et misericordiae excessus. Quia omnia nostra exinde
omnes ex profundi cupido carnaliter existent. Alioquin manifestius sit de nos
exinde existimatio quod est. Et quod postmodum aperte ostenditur et reportatur
nisi. In factis obsecratis est obvius nisi non manifestum omnino. Deinde
et ingratitudine huiusmodi est. Tunc vero aliud est. Obsecratus est obsecratus in
et manifestus est in aliis obsecratus est obsecratus et tunc. Non magis
et manifestus est obsecratus et tunc.

PARS PRIMA.

*De studiis Hamburgensium, promovendi commercia sua, in iu-
re publico Hamburgensi conspicuis.*

SECTIO PRIMA.

De iis, quae ius publicum Hamburgense externum suppeditat.

§. I.

I. Nonnulla universae monentur.

Poeta celeberrimus ille Romanus, summis vix momentis enumeratis levique tantum digito monstratis, quibus Romae, super totum terrarum orbem caput efferre, datum fuit, exclamat: *tantae molis erat, Romanam condere gentem!* Quo epiphonemate quis est, quin sese, dum primis extrema, ipsisque causis tam mira effecta continua videt, non persuasum, sed perculsum sentiat? Lubentes certe, eundem campum remensuri, ad carceres reducimur. Nec amplius vates, animis semel ex isto impetu temperatis, se praecepit in dat, incipiens potius pleraque ad origines suas revocare, eorum fontes indagare;

A

atque

atque ita res Romanas, nil fecus quam ad fastigium suum raptas, a tenuibus potius initis ortas lentoque successu auctas, per omnia fatrum ac vicissitudinum intervalla trahere, favente quovis lectore eoque semper intentius ducem suum sequente. Ex quo argumentum ducere licet, animum humanum non tam indocte admirando delectari, quam in causas inquirendo, et singula quaevis, a quibus aliquid magni natum est, inter se comparando et conciliando, ita ut sponte factum videatur. Nostris in primis temporibus, quibus pragmatica quaevis sectamur, ista curiositas in regnorum atque imperiorum historiis expoundis placet. Nec in admiratione nec in invidia sola, si quam florentem hodie rem publicam videmus, subsistimus, sed latius circumspicimus et altius rem repetimus, eo quod, si fieri possit, ipsas causas visusque, quibus inchoata, profligata, perfecta fuit, indicare laboramus. Ne quis tamen ad discussionem talem accedat, cui grave sit, plurima fortunae, praesertim armis et loci temporis opportunitati tribuere! Rarius enim offendere licet civitatem, quae, infesta quamvis fortuna, solis fere civium suorum togatis virtutibus et optimatum iam in futurum initis consiliis effloruit. Nec tamen fieri potest, quin iis, qui mecum *Hamburgum* sibi patriam gratulantur, exemplum luculentissimum succurrat. Hamburgenses enim, soli semper industriae virtutique suae relicti, splendorem suum nullis aliis, nisi quae in ipsis hominibus posita sunt, praesidiis quaesivisse mihi videntur. Unum est, quod semper egerunt, et ad quod omnia retulerunt, scilicet ut commerciis promovendis, a quibus solis florem exspectandum esse feme intellexerant, quovis modo inservirent. Passim documenta existant. Mihi quidem, qui legum studio teneor, praeceteris sepe offrunt ea, quae a iuribus Hamburgensisibus, tam publicis quam privatis,

suppe-

suppeditantur: nec enim dubitare licet, leges, si quid aliud, summam vim ad commercia habere. Operae itaque pretium duxi, in hac dissertatione mea inaugurali ista testimonia, in universo iure Hamburgensi obvia, in unum colligere, eorumque indicem dare.

Divisum est opus in duas partes: prima iuribus *publicis*, separatis rursus *externis* ab *internis*, altera *privatis* absolvitur. Vastus est campus, in quem quo minus liberius atque solutius expatriari possum, impediunt cum temporis viriumque angustiae, tum ipsum hujus specimini consilium. Primas lineas ducere sufficiat, reliquis futuro otio repositis.

Versatur in simili argumento in dissertatione inaugurali *Antonius Didericus Güttschow*, quam nuper de *studii Lubecensium promovendi commercia, in primis nomothesiae auxilio* (*Goettingae 1788. 4.*) non sine multo iudicio et ingenii acumine scripsit, ad quam saepe lectors remittant, ferente ita rerum Hamburgensium cum Lubecensibus similitudine. In iis praesertim, quae universe Hanseaticum corpus concernunt, doctissimus *Güttschow* mihi otium fecit. Haec, quia ad utramque civitatem eodem iure modoque pertinent, praetermissi. Nec fieri potuit, quin ipsa rerum cognatio mihi Eundem et aliis locis ducem ficerit. Eum tamen deserui in ipso opere disponendo, finibusque argumento nostro communi scribendis. Manca enim sunt ea, quae ad studia Lubecensium circa commercia apud exterios probanda in medium tulit: tum vero de iis, quae ex iure publico interno, in primis ex iurium regimini recto usu promenda erant, non sane in ultimis ponenda, altum silentium. Mihi quidem alicuius momenti esse visum est, totum argumenti ambitum delineare; et facile ab aequis lectoribus, quod mul-

tos locos, quos indicavi, vacuos, vel certe admodum locupletandos reliqui, veniam spero.

§. 2.

II. *Missis, quae universam Hansam concernunt, in iis subsisto, quae Hambur-*
gum separata et peculiaria haber.

A. *De privilegiis, ab exteris in favorem commercii paratis.*

I. *De iure persecutionis piratarum et defensionis Albis.*

Medio aevo, praesertim saeculo decimo tertio et decimo quarto tranquillitas publica, speciatim securitas commercii, summum detrimentum ex insidiis et iniuriis piratarum capiebant. Saluti Germaniae tamen satis consultum putabant imperatores Germanici, aequum certe existimantes, "ut iniqui bonorum pacem et quietem turbantes debitae ultionis gladio feriantur," si patriae tutelam iis gentibus, quarum sedes in maritimis oris positae erant, demandarent, quippe quarum prae ceteris multum interesse debebat, ne praedonum hostiles conatus succederent. Nec dubium esse potuit, quam provinciam Hamburgensibus assignarent. Carolus quartus ideo iam anno 1359 in peculiari privilegio ipsis dedit jus, "piratas et spoliatores perqurendi et capiendi, et secundum sacras leges debita poena damnandi cum receptatoribus et defensoribus eorundem" a). Quam libertatem multis modis amplieavit anno 1468 Fridericus tertius, hisce verbis utens: „Wir befehlen, heissen, vergönnen, erlauben, und begifigen, daß sie (die Hamburger) hinfür alle und jeglich Mörder, Dieb, Diebinne, Rauber, mutwilliger Bescheidiger und ander Uebelthäter — allenthalben in allen Fürstenthümen, Graffschäften, Herrlichkeiten, Gebieten, Vogtreyen, Landen, Gerichten, Straßen, und Wassern, auch auf dem Elbstrohme und andern Ströhmen und der See — suchen,

a) Apud LÜNING im Reichs Archiv. P. spec. Cont. IV. T. I. pag. 938.

„chen, angreifen, fahen, aufhalten, straffen, richten, schlagen, ob „das North würdet, oder in ihre Stadt führen, sie fragen, und als- „danine, wie sie die Verhandlung erfinden, über sie urtheilen und „büssen sollen und mügen, — von allermäßiglich unghin- „dest — gleicher Weise und in aller Mafse, als ob Wir sel- „ber solche Missethäiter und übelthätige Leute suchten, fiengen, „angriessen, erlangten, schlügen, oder anders mit ihn thäten”. b) Anno 1541 Carolus quintus islam venationem una cum ceteris iuribus et immunitatibus, a maioribus tam in mari quam in continenti imper- tratis, generaliter confirmavit c). Eadem reiteravit Ferdinandus se- cundus anno 1628, simul laudans Hamburgensium studia, Albit a piratis liberandi et commercia praefundi secura d).

§. 3.

2. *Aliis privilegiis conceduntur variae exemptiones a teloneis.*

Quanquam nec humile illud quasi summum in latrones atque fures imperium, ex ipsa potius caesarea maiestate haustum, nec ad mercaturam promovendam nullius omnino frugis putandum est: tamen non negaverimus, lautiorem atque festiviorum speciem ea prae se ferre privilegia, quibus immunitate a variis teloneis Hamburgenses donati sunt, ad suas classes iam revocanda.

Alia sunt *imperatorum* sacri Romani imperii. Antiquissimum huius generis privilegium est Friderici primi anni 1189, quo “ad pe- ,“tionem comitis Adolphi de Schouwenborch concedit et donat civibus „suis in Hamborch decentibus, ut una cum navibus suis et mercandi-

, suis

b) LÜNIG I. c. pag. 952.

c) LÜNIG I. c. pag. 988.

d) LÜNIG I. c. pag. 1121.

„sis ac hominibus de mare usque ad praedictam civitatem liberi sint ab „omni teloneo et ungeld, exactione veniendi et redeundi, — et in „omni districtu — domini comitis ipsos burgenses liberos facit de te- „loneo et omnis ungeldi exactione“ e). Hoc privilegium debetur Adolpho, comiti Holstiae, deprecanti caesarem pro Hamburgensibus, in grati animi significationem pro eorum liberalitate, qua gavisus erat in expeditionibus cum laudato imperatore in Palaestinam suscepis. Eiusdem fere tenoris sunt ea, quae Ferdinandus secundus anno 1628 promisit hisce verbis: “Wir meynen, setzen und wollen, — dass hin- „füliro weder von Uns oder unsfern Nachkommen ganz kein Zoll — „von Hamburg ab bis in die See iemanden ferner erlaubt oder verstat- „tet werden solle; dann da einer oder der Ander inkünftig einig „Privilegium deime zugegen erhalten oder erlangen würde, solches „diesem nicht hinderlich, sondern dasselbe ganz kraftlos und von Un- „würden seyn folle” f).

Alia sunt regum Daniae. Ex clausula, transactioni cum Walde-
maro, rege Daniae, a. 1255 initae, adjecta; plena per omnem Dani-
am commerciorum libertas conceditur. Sed aliis occasiobus reges
Danici olim summas molestias commerciis Hamburgensibus crearunt:
huius loci in primis sunt eae, quae, ex teloneo, a Christiano quarto
anno 1620 Glückstadii instituto, natae, rebus nostris summo dispen-
dio, quin ipsi exitio fuissent, nisi anno 1645, rege Suecico cogente,
omnia in pristinam libertatem restituta essent. Ad hanc exemptionem a
teloneis resero quoque articulum decimum transactionis Gottorpensis,
a. 1768. qui ita sancit: “Ihro Königliche Majestät zu Dānemark-Nor-
wegen

e) LÜNIG l. c. pag. 921.

f) LÜNIG l. c. pag. 1122.

„wegen wollen die Stadt Hamburg in den wirklichen Besitz der ihr „zugestandnen Zoll - Schiffs - Navigations - und Handelsfreiheiten im „Oresund und in Norwegen setzen“ g).

Nec praetermittenda est concessio *Albertii, ducis Saxonie*, a. 1250
dans immunitatem a teloneis Leoburgi et Eslingae institutis, repetita
a Ioanne primo et Alberto secundo h).

Iam quidem privilegio Friderici primi a. 1189 omnia telonea in-
de ab Albis ostio usque ad Hamburgum interdicta erant. Sed specia-
liter adhuc consules Hamburgenses, ut eo securiores essent ab Albis
latere sinistro, illud privilegium caesareum ab *Hildeboldo, archiepisco-
po Bremenfi*, a. 1267 agnoscendum atque totidem verbis reiterandum
curarunt i). Accesserunt urbs Stada in peculiaribus pacis, et postea,
episcopatu Bremensi Suecicac potestati cesso, rex Sueciae in recessu
a. 1691.

Simili modo *Adolphus, comes Holstiae*, privilegium Friderici
primi laudatum a. 1190 confirmavit idque perenniter conservandum
declaravit; quo firmior facta est libertas Hamburgensium ab altero flu-
minis latere. Huius confirmationis mentem eludere studuit initio sac-
culi decimi tertii Henricus primus, comes, non contrarium esse privi-
legiis, a maioribus datis, ratus, ad ipsam civitatem Hamburgensem te-
loneum constituere, a quo, praeter dictae urbis cives, nemo liber es-
set. Senatus vero diu restitit, arbitratus, extraneos vitaturos loca ve-
stigalibus onerata, et hoc ipsum commerciorum flori perniciosum fo-
re.

g) Transaction legitur in *Viri Perillustriis, quondam Protosyndici Hamburgensis meritissimi, Klefeker, Sammlung der hamburg. Gesetze und Verfassungen. P. IX. p. 370.*

h) In *LAMBECII orig. Hamb. T. II. p. 119. 208.*

i) LÜNIG l. c. pag. 928.

re. Multis in utramque partem disputatis, ita res composita est, ut litigiosum vestigial quidem staret, sed ita, ut res publica Hamburgensis ipsa ex eius redditibus partem certam caperet; quod vestigial vero 1768 integrum ad nostrates pervenit.

§. 4.

3. Aliis privilegiis liberari sunt Hamburgenses a iure naufragii.

Inter omnia, quae in peregrinorum odium olim inventa atque flattata sunt, eminet ius naufragii, quo licebat, quae litori adpellabantur, occupare, nautasque, vix ex ira maris hostes, expilare et libertate privare. Nil diu valuit contra hunc inhumanum morem paparum et imperatorum Germanorum iterata prohibitio, nec prius eum totum exstirpatum reperimus, quam gentes intellexerunt, nullam prorsus ad suam salutem alieno adiumento carere posse, atque uni vinculo totius Europae prosperitatem atque incolitatem innexam implicitamque esse: unde faustissima humanitati auspicia! Nec tamen mirum, Hamburgenses ea antevertere studuisse, tam pacis et privilegiis, a barbaris quaesitis, sibi propiciendo, quam exempla in sublevanda naufrago, rum miseria exteris ad imitationem proponendo; quippe quia nihil, quod damnosius atque funestius negotiacioni sit, cogitari potest, quam ipsi infesto Neptuno addita per pravos homines pericula et dispendia.

Hujus loci sunt privilegia eminentiora, quibus Hamburgenses commercia sua ab isto barbano iure libera praesliterunt.

Regum Daniae sunt haec: Abelia a. 1250, Erici septimi a. 1282, Waldemari tertii a. 1365, Christiani primi a. 1462, Friderici primi a. 1524, Christiani tertii a. 1538, Christiani quarti a. 1603.

Sueco-

Suecorum et Norvegicorum sunt quatuor: Byrgeri, ducis Sueciae, a. 1261, Magni secundi, regis Sueciae, a. 1361, Alberti, regis Sueciae, a. 1568, Haquini sexti, regis Norvegiae, a. 1361.

Imperatorum Germanicorum sunt haec: Caroli quarti, a. 1359, Sigismundi, a. 1415, Friderici secundi, a. 1482, Maximiliani secundi, a. 1566, Rudolphi secundi, a. 1577, Matthiae, a. 1613.

Bremensium sunt duo: unum Henrici secundi, archiepiscopi Bremensis, a. 1474, alterum Christophori, administratoris episcopatus Bremensis, a. 1516.

Ducum Angariae et Westphaliae est Ioannis secundi et Alberti secundi, a. 1299.

Ducum Saxoniae sunt haec: Erici et Alberti, a. 1357, Erici quarti, a. 1400.

Agmen claudat privilegium Henrici, ducis Schlesvicensis, a. 1366 k).

§. 5.

4. *Aliis privilegiis libertati commercii tempore belli sacri Romani imperii prospicitur.*

Hodie quidem, in humanitatis laudem, commercia a belli calamitatibus passim eximi videmus. Sed Germania nostra in antiquo suo rigore substitut: certe nulla lex unquam lata est, quae liberam totius imperii, ad arma vocati, negotiationem pronunciaret; in eo durius patria nostra processit, ut ne quidem singulis statibus licere vellet, in communi Marte mercaturaे privatam securitatem ab hostibus sibi procu-

k) Plurima horum documentorum exstant in *commentatione viri periliustris, de republica patria insigniter meriti, Iacobi SCHUBACK, de iure litoris; alia in WILLEBRANDT Hanseat. Chronik.*

B

procurare. Quonam enim alio consilio literae avocatoriaie atque dehortatoriaie a caesare emittuntur? Demus, ipsi sacri Romani imperii formulae convenire, idem bellum et easdem tam clades quam victorias universis ac singulis statibus esse, nefasque habendum, a re Germaniae communis absinere, vel a neutris partibusflare; demus porro, nec in hostem imperii privatum clementiae arbitrium singulis statibus tribuendum: tamen nihil plane impedire deberet, quominus in favore, ex hostium moderatione sibi conciliando, diversa forte status fruantur, singulis sibi mitiorem belli conditionem p[er]ae ceteris stipulari studentibus. Cuinam ergo non mirum videtur, commercia cum hostibus sacri Romani imperii, licet hi in eorum continuationem consentiant, legibus prohiberi, nisi quis sibi persuadeat, mercaturam a Germanis non tam in suam utilitatem, quam in benignitatem erga exteror[um] exerceri! Certe reprehenderes principem aliquem, qui civibus suis interderet, vaflationes atque direptiones ab hostibus redimere.

Respublica Hamburgenis frustra preces atque sollicitationes effudit, ut libertati commerciorum suorum tempore belli in lege aliqua imperii prospiceretur; nil nisi dispensationes, quotiescumque bellum ingrueret, impetrare potuit. Leopoldus primus sub initio belli, cum Francogallis gesti, dispensationis modo declarabat, se non solum commercia trium civitatum, Lubecae, Hamburgi et Bremae, haud impediturum, sed ea etiam intercedendo per legatos suos apud Anglos et Belgas promoturum. Novum paulo post per electionem regis Poloniae 1734 ortum bellum, inter imperium et reges Galliae, ulteriori petito dictarum civitatum ansam dabat: supplices adibant imperatorem d. 15. Martii, statusque imperii, Ratibonae congregatos, d. 4. Junii petentes, ut a mandatis avocatoriis immunes essent, quippe quibus omnia

omnia commoda, novissime per tractatum, de commerciis cum Francogallis initum, parata, peritura essent. Praeterea adhuc allegabant, nullam ex causis adesse, ex quibus alias prohiberentur cum hoste commercia; porro tale interdictum non tam in hostium quam in ipsius patriae detrimentum vergere, idque prae ceteris certo exitio fore civitatibus maritimis, quae sola negotiatione florent, omnique classis armatae praesidio ad tuenda et defendenda commercia desituantur. Nec prouersus frustraneae fuerunt hac preces *l)*, ad quas Carolus sextus, imperator immortalis memoriae, mense Iunii ita per legatum suum senatui Hamburgensi clementissime respondit: "Welcher gestalten Al-lerhochstdieselben die Nothwendigkeit einsahen, ein solch freyes und unschädliches Commercium wegen des Krieges connivendo zu gestatten, mithin zu dessen Behuf, von Publicir- und Affigirung der Avocatorien und übrigen ins Reich ergangnen Verordnungen zu dispensiren schlüssig geworden wären" *m)*. Nec ergo hac vice plus quam dispensatio impetrari poterat. Alia occasio, qua id, quod a gratia caesarea hucusque profectum erat, in perpetuum sanctione legali munitione nanciserentur nosstrates, exspectanda erat: quae nec diu post suppeditabatur a. 1742 per novae capitulationis caesareae condenda negotium. Sed omnis laboris tunc impensi fructus ad haec verba artic. VII. paragr. 2 reddit: "Wollen wir auch, wie die Handlung treibenden Städte überhaupt, also insonderheit die vor andern zum gemeinen Besten zur See traſiqvirenden Städte, Lübeck, Bre-

men

l) Exstant in der Europ. Staatscanzley. T. LXIV. p. 486 - 519.

m) Haec verba excerpta sunt ex propositione senatus in conventu cum civibus, a. 1734. d. 10. Iun. habito, quae ex parte legitur apud KLEFFER. P. IX. p. 240.

„men und Hamburg, bey ihrer Schiffarth und Handlung dem Instrumento pacis gemäss erhalten und kräftig schützen“. Cujus passus generali sanctione, repetita in capitulationibus Francisci primi, Iosephi secundi, Leopoldi secundi et Francisci secundi, a multis dubitatur, an comprehensum sit ius speciale, libera commercia tempore belli imperii cum hostibus continuandi *n).* Ipsae certe civitates, illustratione aliqua illam dispositionem egere, satis manifesta fide declararunt; quod subinde, emendatione capitulationis occasionem dante, clarioribus verbis rei mentionem fieri, cupiverunt. Novissime adhuc in congressu electionis Leopoldi secundi collegium sacri Romani imperii civitatense in literis, ad Moguntinum missis, ad art. VII. par. 2. haec monuisse legimus: „Zum Behuf der Handlung treibenden Städte ist zwar in besagtem Artikel die preiswürdigste Vorsehung enthalten; da aber solche auf den unglücklichen Fall eines entstehenden Reichskrieges sich nicht erstreckt, so wird man daher um den fernern Beyfatz zu bitten, veranlaßt: — Dafs bey entstehendem Reichskriege kein dem ganzen heiligen Römischen Reich, und insonderheit den Handlung treibenden Städten, in specie den Reichs- und Hansestädten, Lübeck, Bremen und Hamburg, sehr nachtheilig und schädliches Generalverbot der Schiffarth und Handlung nach den feindlich erklärten Landen in den kaiserlichen Avocatoriis geschehen, sondern vielmehr die ungehinderte Fortsetzung eines unschädlichen Land- und Seecommerce mit den feindlich erklärten Landen auch während dem Kriege, frey und ungehindert gelassen, mithin das Verbot blos auf die Contrebandewaren beschränkt, und unter dieser Benennung nur Waffen, „und

n) Notissimae sunt de hac re contentiones Virorum celeberrimorum,
MOSER et SURLAND.

„und solche Sachen, und Fabricate, die zur Fortsetzung des Krieges
 „unmittelbar angewandt werden, verstanden werden mögen“ o).
 Sed frusira! Nam paragrapha secunda nil prorsus mutatum, nec om-
 nino illius petitio ratio habita esse videtur, nisi forte hoc trahere velis
 verba, paragraphae primae ejusdem articuli de novo addita, quibus
 eligendus obligabatur: “ein ausführliches Reichs-Gutachten auch dar-
 „über zu erfodern, wie zur möglichsten Verbesserung der zu Wasser
 „und zu Lände zum Wohl des Reichs, der Stände und Unterthanen
 „bestens zu befördernden Commercien des Reichs durch gemeinsame
 „den Verhältnissen Deutschlands allenthalben angemessene Maafsregeln
 „zu gelangen sey”. In consiliis enim, ad adiuvanda imperii commer-
 cia ciapiendis, non ultimum videri potest id, ut civitatum precibus, ad
 expressam de libertate commerciorum suorum tempore belli scribendam
 legem imperi directis, plenisime satisiat.

Verum enim vero, ut dicam, quod res est, *Hamburgum et Lubecam* interpretationis, circa locum capitulationis caesareae versantis, nec non dispensationis et ad futurum solatium remissae spei auxilio sa-
 cile carere possunt, ex quo peculiaribus privilegiis, saepius dictam liber-
 tatem largientibus, a caesaribus clementissimis donatae sunt. Privi-
 legium Lubecense incidit in d. 16. Februarii a. 1766, Hamburgense
 vero in d. 23. Dec. a. 1746, cujus verba sunt haec: “Wie wir denn
 „auch gnädigst versichern, dass die Stadt bey einem erfolgenden
 „Reichskriege die freye Schiffarth und Handlung aller Orten, auch
 in

o) Im Protocolle des Kurfürstl. hohen Wahlconvents zu Frankfurt im J.
 1790 p. 135.

„in des Feindes Landen wirklich geniesen und mit Affigirung der „Avocatorien verschont bleiben solle. Wobey iedoch die contrebanden Waaren ausgenommen sind“ p).

§. 6.

5. Huc etiam pertinent privilegia de non appellando.

Summi ponderis ad promovenda commercia sunt ea, quibus circuitus atque ambages in litibus dirimendis tolluntur. Id reputantes simulque verentes Hamburgenses, ne exteri metu difficultum et impeditarum litium, quibus fora Germaniae scatent, a negotiationibus deterrantur, omnem moverunt lapidem, tam ut in iudiciis suis quaelibet litium compendia facerent, quam ut aditum ad suprema imperii tribunalia ipsis praecluderent. Huic scopo privilegia de non appellando inserviunt. Carolus quintus largitus est patriae meae a. 1554 tale privilegium, quo lites, aestimationem quingentorum solidorum haud excedentes, a suprema imperii instantia arcentur. Amplificatum est a. 1634 per Ferdinandum secundum, partim summam appellabilem ad septingentos solidos extendendo, partim plane integrum aliquod causarum genus, citra omnem respectum ad summam, ab appellatione eximendo. Pertinent huc primum debita liquida, quae per publica, manifesta, vera documenta, per chirographa, per leges, pacta et cambia in continent probari possunt; deinde cause aedificiorum civitatis, et iniuriarum, tam realium, quam verbalium; denique causae omnes ac singulæ ad mercaturam et cambia spectantes q).

p) KLEFEKER P. VI. p. 237.

q) Utrumque privilegium reperitur apud LÜNIG. c. I. pag. 996 et 1127.

§. 7.

§. 7.

6. *Item privilegia circa ius monetae.*

Iam ad ius monetae progredior, quod Hamburgum ex privilegiis caesareis in sumnum commercii favorem a perantiquis inde temporibus exercuit et ad hanc diem exercet. Quo iure quidem haud omnes status imperii gaudent: non enim continetur in superioritate territoriali: plerique tamen olim ab imperatoribus id obtinuerunt, cum adhuc ipsius concessio, secus ac hodie, a sola gratia caesarea, citra omnem electorum consensum, circulique, cuius interest, conscientiam, penderat. Hamburgum primam hujus generis concessionem jam saeculo duodecimo nanciscebatur. In privilegio enim jam supra laudato Friderici primi a. 1189 civitati conceditur: "loca opportuna definire, ubi quilibet argentum cambire possit, et examinare denarios monetariorum in puritate et pondere." Anno 1525 integrum monetae ius ad civitatem pervenit ex cessione Gerardi, Ioannis et Adolphi, comitum Holsatiae, qui cum pleno consensu et beneplacito heredum et maturo consilio vasallorum vendiderunt et liberaliter resignaverunt consilibus et civibus in Hamboreh monetam cum omnibus iuribus, preventibus, utilitatibus et pertinentiis r). Saeculo sequenti a Sigismundo, Alberto secundo et Friderico tertio hoc regale, monetas aureas et argenteas cudendi, confirmatum et ad omne tempus Hamburgensisibus attributum est. Hoc jure monetandi Hamburgenses ex isto tempore sine ullo impedimento usi sunt, et laudem inde sibi paraverunt, quod nunquam in detrimentum commercii Germanici privilegio suo abusi sunt, imo quod per monetam suam commercia promoverunt et praecipiti imperatoris et comitiorum quam religiosissime morem gesserunt.

Tessi-

r) Vid. diploma cessionis apud KLEFFER P. XII, p. 247.

Testimonium insigne huius gloriae est privilegium Christiani primi, regis Daniae, qui ordinibus provincialibus Holsaticis, comitem Holsatiae ipsum eligentibus, promisit, se et successores omnes in ducatis Slesvici et Holsatiae nullam aliam monetam permisuros esse, nisi Hamburgi et Lubecae usitatam. Et sic quoque nostriates inter omnes monetarum turbas, saeculis sequentibus natas, priscam hanc laudem conservarunt, imo eam multis modis auxerunt, tam variis constitutionibus, de patria moneta promulgatis, quam iusta pecuniae, ab exteris ad nos allatae, aestimatione.

§. 8.

7. *De privilegio iuris flapulae.*

Restat adhuc ex privilegiis Hamburgensibus ius flapulae, cuius originum ultimorum apud maiores vix exstat memoria. Eius ambitum, ab antiquissimis temporibus usu et observantia definitum, et a natura quasi, cum urbis situ, tum fluminis et maris opportunitate indulsum, postea a 1417 Sigismundus imperator, in commodum commercii et navigationis ducatus Luneburgici circumscribere studuit ^{s).} Fridericus tertius antiquum illud civitatis ius iterata vice confirmavit, in primis vero privilegio a. 1482, quo declaratur: "dazt dieselbe von „Hamburg — in ewige Zeit bey den — hergebrachten Freyheiten und „Gewohnheiten bleiben, und darüber einig Korn — durch niemand „für die gemeldte Stadt Hamburg auf der Elbe nicht fürgeführt, son- „dern dazt alles in derselben Stadt Hamburg, wie von Alters herkom- „men ist, abgelegt, verkauft, und verhandelt werden solle, von al- „lermännlich unverhindert" ^{t).} Per aliud ejusdem anni privilegium

impe-

^{s)} Cf. RETHMEYER Braunschweig-Lüneburgische Chronik. T. II. p. 1564.^{t)} Privilegium legitur in MOSER reichsstädtischem Handbuch. T. I. p.

857. item ap. LÜNING c. l. p. 955.

imperator omnes libertates, aliis iam concessas, vel olim concedendas, quibus huic stapulae iuri Hamburgensium quid detrahi possit, irritas esse iussit ^{u)}; quin eodem diplomate aliud privilegium, paulo ante a se ipso in laestonem Hamburgensium comitibus de Barby datum, nullum pronunciavit. Diutissime deinceps hoc ius, nemini alii in vicinitate Albis praeter Magdeburgum, competens, ineoneussum atque incolumem Hamburgensibus stetit, quicquid etiam aliae civitates, in specie Luneburgensis, Stadenensis et Buxtehudenensis in adversum in tribunalibus imperii medio saeculo decimo sexto disputaverint, donec, rebus multimo de mutatis, pactis, transactionibus et variatis de commerciorum natura ac indole iudiciis, omninoque libertatis negotiatoriae emolumentis iustius aestimatis, eo res perducta est, ut hodie civitas nostra, stapulandi necessitatem haud amplius sibi conducere rata, ex antiqua coactione nihil reliqui esse vellet.

S. 9.

8. Agmen claudit privilegium, quo intra cerrum distrigum aliam urbem aedificare prohibitum est.

Acerba est quidem recordatio celebratissimorum verborum in privilegio Friderici primi a. 1189, supra iam citato, ita sonantium: „conferimus libertatem, quod nemo aedificet aliquod castrum penes „eorum civitatem circumquaque ad duo milliaria,” et totidem literis repetitorum in privilegio Adolphi, comitis Holsatiae et Schaumburgi, a. 1190. Simul tamen admixta est isti memoriae dulcedo aliqua, ex contemplatione tot in perniciem quidem patriae excogitatorum, sed in ventos effusorum conatum proficiscens. Exemplo hoc populares, animum erigamus, nosque invicem hortemur et moneamus, maiorum

^{u)} LÜNIG. c. l. p. 955.

rum virtutem atque industriam nullis temptationibus imparem fuisse.
Agite et nos futuris contentionibus accingamus, resque nostras ita ge-
ramus, ut illam laudem intactam et illibatam ad nepotes propagemus!

§. 10.

B. *De foederibus et conventionibus, in favorem commercii initis,
er quidem*

i. iis, quibus terrae, negotiacioni opportunae, partae.

Facile est ad intelligendum, in tanta commerciorum cura Hamburgenses praeter privilegiorum aviditatem ulterius aliquid ausos esse. In promptu est non parvus numerus foederum et conventionum, cum exteris eodem consilio initarum. Et quidem eas in duas classes, missis ceterum aliis, quas, non tam ad Hamburgum, quam ad universam hanc pertinentes, doctissimus GÜTSCHOW exactissima cura enumeravit, dispescere licet: aliis terrae, negotiacioni opportunae; adquisitae sunt, aliis alia iura, negotiacioni proficia, ab Hamburgensibus summa cura parta sunt.

Quod ad primam classem attinet, principem locum sibi vindicant transactiones et conventiones inter senatum Hamburgensem et duces Saxoniae et nobiles de Lappen, factae de cedenda *praefectura Ritzebüttel*, quae situs opportunitate, portus Cuxhavensis commoditate et securitate, et signis in altum mare datis, multum adiumenti commerciis Hamburgensibus tulit. Praefectura explet fere milliare quadratum, in quo tres parochiae, comprehendentes castrum, duo oppidula et septendecim vicos. Continua est ditioni Wursatensi et Hadensi versus meridiem, et Saxoniae inferioris, qua ad occasum vergit, ultimis oris praetenfa.

Primum

Primum vestigium huius adquisitionis reperire licet in occupatio-
ne novi operis (des neuen Werks), tunc adhuc solitudinis proflus
incultae, quae ideo consulta, imo necessaria Hamburgensibus videri
debebat, ut in ea turrem altissimam exstruerent, quae navibus tam ex-
euntibus quam redeuntibus ducis instar et custodis esset. Sed occupa-
tionem hanc praeiverant innumerae ad avertendas iniurias et violentias
preces, nec unquam minus bonis verbis parsum erat. Plurimum fir-
mitatis mox huic adquisitioni conciliabatur, tam privilegio papali a. 1296,
quam transactione a. 1299 cum ducibus Saxonie, cui posteriori ipsi
terrae Hadelensis inhabitatores adstipulabantur. Ditionem, quae sub
appellatione praefecture Ritzebüttel hodie occurrit, tunc adhuc tene-
bant nobiles de Lappen, qui utramque suam parochiam Wohldie et
Groden a. 1572 senatui Hamburgensi pro 240 marcis oppignorabant
ad duos annos sub clausula commissoria, unaque ad idem temporis
spatum senatoribus Hamburgensibus liberum ipsius castrorum eiusdem no-
minis usum concedebant. Convento biennio sine relutione transacto,
ideoque pignore pro commisso declarato, Ericus quidem, dux Saxo-
Lauenburgicus, conspirantibus ipsis nobilibus de Lappen, negotia fa-
cessere denegando consensum in alienationem et obligationem vasallo-
rum studebat. Sed iam a. 1382 transactio ad tres annos cum dicto du-
ce inibatur. Mox tamen novae discordiae ex iniustis conatibus nobil-
ium de Lappen, turbandi Hamburgenses in possessione castrorum, exorie-
bantur, finientes a. 1393 in victri per arma Hamburgensia totius li-
tigiosae terrae occupatione. Nova ex iure belli quaesita iusta causa,
mox ita transigebatur, ut victores a nobilibus viatis omnem futuram
contradictionem 2000 marcis redimerent: cui pacto a. 1400 Ericus,
dux Saxonie, accedebat. Ex quo tempore Hamburgenses istam ditio-

nem quiete possederunt, frustra ad eam recuperandam a. 1630 a Francisco Julio, duce Saxonie, agitatis consiliis et ad consilium imperii aulicum latis querimoniis.

Nec sicco pede hac occasione praeterirem possessionem *partis eiusdem Friesiae et urbis Embdenae*, per aliquod tempus ab Hamburgenibus, fausta quaevis inde commerciis suis ominantibus, continuatam, si perennior atque constantior fuisset *v*).

§. II.

2. *De iis conventionibus, quibus alia iura, negotiationi proficia, parta.*

Eas Hamburgenses inierunt

a. *cum civitatibus Lubecensi et Bremensi.*

Quoad exteros exstant alia adhuc inter eos et Hamburgenses inita pacta, quibus hi haud minus, quamvis diversa via, navigationi et commerciis prospexerunt. Ex ipsa pacificationum Europae novissimarum historia discimus, quam exiguum pretium novae alicuius terrae adquisitioni habendum sit, si eam cum iure aliquo, ad opes et negotiationes augendas concessio, compares. Nec id Hamburgenses fugit: curta enim series fuit conventionum, quibus novae terrae partae: contra magna est ubertas earum, quibus alia iura nostrates sibi paraverunt.

In mentem statim venit pactum, quo Hamburgum foederi hanseatico accessit. Ut enim omnino hoc pactum minime extra limites, huic dissertationi supra scriptos, situm est (quum quilibet ex societate aliqua, si eum ut separatam personam consideramus, ipsi societati obligari possit: nec ego quidem alium respectum excludere volui, quam quo socius et societas a se invicem haud separantur): ita etiam multum ad

v) Fusse de hac re vir consultissimus, I. A. AMSINCK in *historiae Hamburgensis particula ex numro rarissimo illustrata*.

nostrum argumentum valet. Innumera fuerunt sequentibus saeculis commoda, quae ex ista confociatione et virium consiliorumque communione, ad res Hamburgenium augendas promanarunt.

Ex hocce pacto facilis via patet, alio rei adhuc respectu sociorum, hancam constituentium, habito, ad arctissima vincula, quibus Hamburgenis respublica cum sororibus suis, *Lubecensi* et *Bremensi*, coniuncta est, ad hanc usque diem adhuc salva. Notatu dignissimum est pactum Hamburgenium cum Lubecensibus a. 1241, quo constitutum, ut Hamburgenses publicas vias inter Travam et urbem a praedonibus, et Albim ab eadem urbe inde usque ad oceanum a piratis defenserent, ut Lubecenses vero dimidiari partem sumtuum; in hunc finem faciendorum, solverent; porro ut utraque respublica communia salutis suae promorendae consilia caperet; deinde ut coniunctis viribus se invicem tuerentur, et libertatis et privilegiorum mutui custodes defensoresque essent. Quod pactum, a pluribus historiae patriae gnaris cultoribus initium hansae putatum ^{x)}, utrique civitati tam proficuum visum est, ut subinde variis occasionibus magis magisque firmaretur. Anno 1259 simile foedus initum est cum civitate Bremensi, ad mutuam amicitiam, securitatis praestationem fidemque directum. Insignes tulit fructus hoc salutis mutuae studium; nec ulla ex laudatis civitatis immenor unquam fuisse videtur multorum bonorum, ex sororia affectione perceptorum. Quo etiam effectum est, ut ex foedere hanseatico ista sodalitas vel hodie adhuc superstes esset. De novo se univit

a.

^{x)} Dubia contra haec foederis primordia mota vid. in *viri celeberrimi DREYER* specimine iuris publici Lubecensis. p. 18. 19. Cf. *KLEFFER*. P. VI. p. 254. et *SCHÜTZE* in der Geschichte von Hamburg. P. II. p. 215.

a. 1630 ad reciprocam fidem, concordiam, defensionem, ut hac unione antiquam hanc resuscitatam dixeris. Utinam et in posterum tam bene fortunatae istae civitates secum convenient! Utinam coniunctis studijs semper salutem commerciorum promoveant! Utinam et ipsae opibus magis in dies crescat, et meritis laboris atque ingenii praemissis ornentur et cumulentur; ut et in posterum exemplis probare possint, quam sapienter divitiis uti didicerint, non in ambitionem et vanam splendoris externi ostentationem eas profundendo, sed illas in patriae internam felicitatem, incolumentem, tranquillitatem caste et religiose adhibendo. Quis est, qui, sive humanitati toti, sive in primis Germaniae, sive alicui ex dictis civitatibus prae ceteris bene cuiuspiat, ista vota sua facere recusat?

§. 12.

b) *cum Francogallis.*

Ab his proximi esse merentur tractatus cum Francogallis initi. Ab instituto alieni sunt tam alii, quos Ludovici undecimus et decimus quartus cum toto hansae Teutonicae corpore, quam alii, quos Ludovicus decimus quintus cum triade civitatum, hodie adhuc foederatarum, init. Huc tantum pertinent documenta benignitatis regum Galliae erga Hamburgum peculiaris, quae se prodidit in pluribus praerogativis, aliis gentibus parum concessis. Tetsis est tractatus particularis commercii et navigationis, quem a. 1769 cum republica Hamburgensi fecit Ludovicus decimus quintus. Superstructus est antiquiori pactiōni a. 1716. In plerisque haec chartae inter se convenient: pauca tantum in recentiori emendata, detracta vel addicta. Rex christianissimus, confirmatis omnibus privilegiis, antea iam Hamburgensisibus concessis, plenissimam, imo aqualem cum subditis propriis libertatem commercii,

et

et immunitatem a iure albinagii indulxit, quoad vestigalia; pro mercibus solvenda, Hamburgenses cum reliquis gentibus septentrionalibus, quoad vestigalia vero, pro personis ipsis et in rem domesticam vertendis bonis, cum ipsis subditis regis exaequavit. Porro ex regis largitate naves Hamburgenses ab arresto, servitio, et coacta mercium venditione, et a iure litoris immunes declaratae sunt: contra concessum est tempore belli liberum eum hostibus Galliae commercium, exceptis paucis casibus, in quibus confiscatio constituta est. Hic tractatus y), a. 1789 praterlapsis viginti annis, ad quos conclusus erat, clemencia Ludovici decimi sexti, ad instantiam senatus Hamburgensis, dicto anno ad novum spatium viginti annorum prorogatus est, et omnes antea datae concessiones confirmatae sunt z).

Argumentum firmissimum benignitatis regum Galliae in liberam nostram patriam est indulgentia, qua tractantur cives Hamburgenses, qui mercaturae causa domicilium sibi in Gallia, nominatim Burdegalis, Massiliis, Rupellis et Nanteti constituunt. Hi vigore plurium privilegiorum et tractatum plena libertate commercii, aequa ac regis subditi, iisdem iuribus, immunitatibus, et eodem foro gaudent; tum etiam voto in conventibus mercatorum fruuntur; eliguntur provifores plurium institutorum publicorum, ptochiorum et nosocomiorum;

Galliam

y) A capite ad calcem exstat in MOSER Versuch eines Europ. Völkerrechts, T. VII. p. 485. item ap. KLEFFEKER P. VII. p. 664. et in collectione viri perillustris, generosissimi, praceptoris ad cineres usque pie colendi, G. F. DE MARTENS, inscripta: Recueil des principaux traités depuis 1761. T. I. p. 210.

z) Vid. hanc novissimam conventionem ap. DE MARTENS l. c. T. III. p. 158. et in viri consultissimi, C. D. ANDERSON Sammlung Hamburgerischer Verordnungen. B. III. St. 1. p. 24.

Galliam deferentes haud decimant, liberam bonorum dispositionem
habent, et tutis ac honorificis exsequiis utuntur.

§. 13.

c) *cum regibus Hispaniae et Lusitaniae.*

Similiter tractatus initi sunt cum regibus Hispaniae. In favorem totius corporis hanseatici a. 1647 d. ¹ Sept. Monasterii tractatus notatu dignissimus conclusus est, d. 25. Jan. a. 1648 regia auctoritate Philippi quarti firmatus. Sed praerogativis propriis gaudent Hamburgenses in Lusitania. Hic quoque plena libertas commerciorum nostris, aequae ac ipsis Lusitaniae civibus concessa est; Hamburgensibus ibi decentibus idem favor respectu vestigialium, idem ius quoad decimationem et dispositionem circa bona. Praeterea, ex triginta, ni fallor, annis, privato quoque cultus divini exercitio, et iure, verbi divini ministrum alendi, gaudent. Mortui solemnni sepultura extra urbem in coemeterio proprio honorantur.

§. 14.

d) *cum Anglis.*

Insignis tractatum abundantia cum Anglis, nomine hanseaticarum civitatum initorum, me non moratur. Nec parvus est numerus eorum, quos proprio nomine Hamburgum cum hoc ditissimo et florissantissimo populo init. Memoratu dignissima est declaratio Henrici tertii, regis Angliae, a. 1266, qua ad preces Alberti, ducis Brunsvicensis, ius propriae hansae Hamburgensibus concessit. Verba ipsa sic sonant: "Concedimus iisdem mercatoribus pro nobis et heredibus nostris, quod ipsi habeant hanc suam per se ipsos per totum regnum nostrum in perpetuum. Ita tamen, quod ipsi mercatores faciant nobis

„nobis et heredibus nostris consuetudines inde debitas et consuetas“^{a)}. Lambec in historia Hamburgensi hanc hansem sic definit: esse collegium seu corpus mercatorum unius eiusdemque nationis, certis legibus ac conditionibus ordinatum, quod ab uno vel pluribus praefectis, communis suffragio electis, gubernetur.

Quo ex documento multa probabilitate colligitur, Hamburgensis deberi plurimam partem foundationis celeberrimi instituti, quod usque ad hanc diem hansa Teutonica Londini sibi vindicat, audientis: computatorium hanseaticum, *der Stapelhof*, contracte *Staelhof*, (a coacervatione mercium), obsolete *Guldehalla* Teutonicorum. Insignibus privilegiis ^{b)} haec societas gaudet, suarumque rerum proprium administratorem, a tribus foederatis civitatibus pendentem, habet. Tot bona, tales concessiones, tanta emolumenta, quibus Hamburgenses Londini insigniuntur, effecerunt, ut vicissim familiis quibusdam Anglicis Hamburgi domicilium admodum gratiosum, multisque privilegiis ornatum concederetur. Hisce cum familis, propriam societatem, dicam *Englishe Court*, constituentibus, neutiquam vero cum rege, vel cum tota gente Anglica, Hamburgenses a. 1611 contractum inierunt, in quo conceditur mercatoribus istis (vulgo *Adventurarii* dictis) suae residentiae et negotiationis sedem in civitate habere, alias merces advenire, importare et vendere, alias emere et exportare, exceptis tantum nonnullis rebus vetitis. Porro datur aequalitas cum Hamburgensisibus

^{xxii} ~~intra~~ ^{respectu} ~~tempore~~ ^{tempore} ~~comitio non obilitate~~ ^{comitio non obilitate}

^{a)} MOSER R. Handbuch. T. I. p. 847. item LÜNIG I. c. p. 927. et
LAMBEC l. c. L. 2. p. 26.

^{b)} In MARQUARD tractatu de iure mercat. lit. D. et in b. HAEBERLIN
analectis medii aevi.

respectu vestigialis, salvus conductus, ius designandi praefectum societatis, ad componendas lites inter Anglos ipsos exortas, species aliqua iurisdictionis civilis, libertas ab arresto personae et bonorum, inscio gubernatore; denique immunitas a confiscatione in criminalibus. Datur etiam domus privilegiata ad conveniendum et deliberandum, liberum exercitium religionis coniunctum cum praedicatione verbi divini lingua vernacula, exemptio ab omnibus vigiliis, stationibus et praefidiis; defensio societatis et mercium promittitur, proxenetae specialiter conceduntur, respectu quorum, nec non negotiationis pannorum, navigationis, ultimarum voluntatum, quaedam gravia et praefstantia determinantur. Hisce iuribus societas adhuc hodierna die gaudet *c).*

Aliud documentum benignitatis regum Angliae erga nostrates est declaratio Caroli secundi a. 1661 ad preces Hamburgensium humillime regem adeuntium, ut se ab edicto parliamentario in limitationem navigationis et commercii exterorum emissio eximeret. Cuius etiam voti compotes facti sunt, rege ita rescribente; civibus Hamburgensibus licere, sicut antehac consueverint, sine ullo metu confiscationis appellere in Angliam et alia eius regna, ibique commercia exercere, libertate solita, modo navibus, civitatis subditis propriis ibique fabrefactis, non vero conductis utantur; porro civibus Hamburgensibus integrum esse, advehere merces, non solum in Germania natas, sed etiam prius ab ceteris ab portum civitatis advectas, ut alio inde transvehenerentur, praefato edicto non obstante. Quam benignam concessionem rex amplificavit adhuc a. 1663 *d).*

Porro

c) Cf. MARQUARD I. c. p. 194. it. LÜNIG c. I. p. 1096.

d) Cf. KLEFEKER P. VI p. 282.

Porro exstat cum Anglis tractatus, quem de importatione et libera venditione halecis Britannici Hamburgenses iniérunt cum regina Anna a. 1711 ^{e)}, reiteratus postea, renovatus et amplificatus a. 1719.

Reges Angliae ex familia Hannoverana simili modo singularem in civitatem nostram animi propensionem testificati sunt, satis loquente rerum novissimarum historia.

§. 15.

e) cum Danis et Suecis.

Ex pluribus conventionibus, cum Danis ad promovenda commercia initis, has memorata sufficiat: cum Erico undecimo a. 1296 de iure naufragii, cum Waldemaro tertio a. 1365, cum Christiano quinto a. 1686 de libertate navigationis, cum Christiano sexto a. 1736, qua constitutum est, ut naves quaedam captae liberarentur, commercium Hamburgi cum Dania liberum esset, et ut Hamburgenses vetustis praerogativis et immunitatibus, varie tunc impeditis, gauderent. Confirmatae sunt annis 1762 et 1768.

Nec defunct pactiones eodem consilio cum Suecis factae. Iam a. 1261 Hamburgenses a rege Birgero Iarl veniam impetraverunt, ea- dem libertate, qua Lubencenses, omnes sui regni portus frequentandi. Alia cum regibus Sueciae, qua possessoribus ducatus Bremensis trans- actio a. 1692 concernit immunitatem a teloneo Stadeni, simulque iura et obligations in casu naufragii definit ^{f)}.

§. 16.

^{e)} Ap. SCHMAUSS in corp. iur. gent. T. II. p. 1243. it. MOSER reichs- städt. Handbuch. T. I. p. 1075. it. LÜNING l. c. p. 1241.

^{f)} Cf. KLEFEKER P. III. p. 288.

§. 16.

f) *cum plerisque aliis populis.*

Idem studium, eademque industria et sollertia coniunxerunt Hamburgenses ex antiquissimis temporibus cum foederatis Belgii provinciis. Summi momenti est foedus a. 1616, promittens securitatem ac libertatem navigationis, commerciorum, et cuiuscunque negotiationis, consulens defensioni privilegiorum et iurium contra quacumque turbationem, Renovatum est a. 1645 et 1646, eique accesserunt Lubencenses et Bremenses.

Exstat porro foedus commercii cum *Henrico duce Lotharingiae et Brabantiae* a. 1257, quo nostratis salvum et securum accessum, cominationem et recessum cum bonis, et ab omnibus damnis, incommodis et gravaminibus strenuam defensionem promittit g).

Mercaturaे favorem quoque respicit tractatus a. 1258, quem Hamburgenses inierunt cum *ducibus Brunsvicensibus*, ad discordiam, usque ad id tempus inter ducēs et civitatem regnante, componendam. Simul Hamburgensisbus protecō et tutela, Brunsvicensibus vicissim pax et auxilium et iustum iudicium, tum etiam inter se invicem mutuum adiumentum, mutuaque interpositio bonorum officiorum, et quoad commercia plena libertas promittuntur h).

Accedit ordinatio *electoris Brandenburgici* et senatus Hamburgensis de promovenda mercatura, et in specie navigatione in Albi, Havela et Sprea a. 1700 i).

Ex paciis, quae Hamburgenses cum incolis regionum Hadelen-sium, Dithmarsen-sium, et Wurtsatricarum contraxerunt, pro instituti ratione

g) LAMBEC I. c. L. 2. p. 39.

h) Cf. KLEFEKER P. VI. p. 368.

i) Cf. KLEFEKER P. VI. p. 327.

ratione notanda sunt haec: pactum cum Wurlatis a. 1238, quo constitutum est, ut nostris apud istos populos et vice versa liberum sit commercii exercitium; tum ne alter alterius naufraga bona invaderet, vel detineret: pactum cum nonnullis parochiis Dithmarstae a. 1281: pactum cum Dithmarsis, ut ab Albis spoliationibus abslingerent, anno rum 1303, 1308, 1367, et cum Hadelensibus annorum 1300, 1310, &c. k).

Nec tacenda est pax ab Hamburgensis cum *regimine Algirico* eo consilio a. 1751 inita, ut illi liberi sibi commercii ad oras Africæ viam patefacerent, unde insignia olim commoda exspectari posse videbantur. Tam aegre autem ferebat ista conamina rex Hispaniae, ut commercia nostra a suis provinciis excluderet; quo id effectum est, ut statim proximo anno pax ab Hamburgensis, utiliora, commodiora et certiora sequentibus, rescinderetur l).

§. 17.

C. De reipublicae Hamburgensis comprehensione in praecipuis Europæ pacificationibus.

Praeter has omni follertia et cura a nostris apertas vias, promovendi commercia id quoque adnixe egerunt, ut comprehendenterentur celebratissimis Europæ pacificationibus; in cuius studii felici satis successu semper fere comites habuerunt sororias civitates, Lubecam et Bremaam. Primum locum hic meretur lex ista Germaniae sanctissima et fundamentalis, pax *Westphalica*, quae harum civitatum iura et prærogativas in perpetuum in tutissimo loco posuit. Hansa Teutonica tunc

k) Ap. SCHÜBACK de iure litoris. Docum. N. 1. 3. 9. 10. 11. 16. 20.

l) Notifications in hac re reperiuntur in der Sammlung Hamburgischer Mandate. P. IV. p. 1821. 1871.

tunc iamiam sere prorsus dissoluta, et commercio totius Germaniae per immane istud bellum triginta annorum collabefacto, nonnullae tamen civitates, in primis Lubeca, Brema, et Hamburgum animum haud abiiciendum, sed ex ipsa pacis occasione novam in futurum spem concipiendam et ad novam messem, calamitate obliioni data, animos intendendos atque erigendos putarunt. Nec spes fefellerit: effecerunt enim, ut in paragraphis 10 et 11 articuli XVII ex parte imperatoris aequa ac ex parte Sueciae omnes civitates hanseaticae comprehendenderentur, et ita eorum constitutiones, iura et praerogativa magis adhuc sanctirentur.

Mox etiam bello inter Gallos et Hispanos usque ad a. 1659 protracto fortuna diversa, in summum incommodum commercii, sequebatur pax Pyrenaica, cuius occasione Lubecenses, Hamburgenses et Bremenses a rege Francogalliae petentes, ut se pacione comprehendenderet, singulari declarationem ab utroque rege obtinuerunt *m).*

Pace *Bredana* ut comprehendenderentur, Hamburgenses frustra petierunt; tanta erat indignatio Friderici tertii, regis Daniae, in nosfrates *n).* Feliciorum eventum res habuit in pace *Noviomagensi*. Specialem legatum miserunt civitates hanseaticae ad hanc pacem, et, ut in ea sui ratio haberetur, precibus instantissimis Leopoldum imperatorem, regem Galliae et legatum Angliae, melioris conciliationis causa admissum, adierunt. Nec votis exciderunt: nam art. VI. instrumenti pacis caesarco-suecicæ a. 1679 d. 5. Febr. decernit: “Redeant, utrinque libera negotiandi commercia terra marique, sintque et manus neant subditis S. C. M. et Imperii, in primis civitatibus hanseaticis in regno, provinciis, ditionibus, et portibus Sueciae — eadem libertas,

m) LÜNING I. c. p. 205.

n) Memoires du Comte d'ESTRADES T. IV. p. 305.

„tes, immunitates, iura, privilegia, et emolumenta, quibus ante hos
„belli motus gavilae sunt” o).

Iisdem fere verbis firmavit pax *Rysvicensis* praerogativas civitatum hanseaticarum. “Fruantur, inquit, in primis emporiorum hanseaticarum cives et incolae, terra marique, plenissima securitate, pristinis iuribus, et emolumentis, per solennes tractatus aut vetustam consuetudinem obtentis” p).

§. 18.

Continuatio.

Superiori saeculo in eminentioribus pacificationibus Hamburgenses haud neglectos esse, paragrapho antecedente vidimus: iam eadem via reipublicae antisites nostro aevo perrexisse probare studebo.

Pax *Traiecti ad Rhenum* a. 1713 facta, qua dissidia inter regem Galliae et reginam Britanniae finiebantur, Hamburgum, cum utraque sua sorore hisce art. XVII verbis comprehendit: “In hoc quoque tractatu regiae suae maiestates civitates Lubecam, Bremam et Hamburgum comprehendere voluerunt, eo cum effectu, ut, simulac pax generalis conclusa fuerit, civitates hanseaticae, — pristinis emolumentis, quibus in re commerciorum, sive per vetustam consuetudinem, sive per tractatus in utroque regno usae sunt, iisdem quoque in posterum tanquam communes amicae gaudere queant” q).

Porro

o) Du MONT corps diplomatique. T. VII. P. I. p. 390. SENKENBERG corpus recessuum Imperii. P. IV. p. 128.

p) SCHMAUSS Corp. Iur. Publ. p. III17. SENKENBERG I. c. p. 172.

q) SCHMAUSS Corp. Iur. Gent. P. II. p. 1336.

Porro civitas Hamburgensis nec in pace *Rostadiensi*, nec in *Badenſi* praetermissa est. Utraque eadem fere verba habet, quae Rys-vicensis r).

In pace *Vienensis*, d. 7. Iun. a. 1725 conclusa, quoad Hambur-gum, Lubecam et Bremam haec leguntur: “fruantur urbium imperia-“lium et emporiorum hanseaticorum cives et incolae — plenissima secu-“ritate, iuribus, immunitatibus, privilegiis, et emolumentis, quibus
„ante bellum fructi sunt”^{r)}.

Eadem repetita sunt in pace *Vienensis* a. 1738.

§. 19.

D. De variis virtutibus, quibus Hamburgenses exterorum favorem meruerunt.

Laudata et benigna sunt, fateor, quibus exteri de rebus Hambur-gensibus bene meruerunt: abundat ius publicum patriae externum te-slimoniis, ex quibus tamen vereor, ne plura omiserim. Quicquid sit, certe id non tacendum est, quod neminem effugere potest, haud im-merentibus ista contigisse. Testes sunt humanitas et aequitas erga ex-teros; testes hic obsequium et facilitas, illic tenacitas et constantia.

In memoriam revocare iuvat illam integritatem, antiquitate cer-te memorabilem, qua iam ineunte saeculo decimo quinto iuri litoris sponte renunciaverunt, et in eius abolitionem conspirarunt. Anno 1418 ita decretum est in conventu hansae Teutonicae Lubecae: “nul-lum sub poena privationis vitae emere debere bona, a piratis rapta, „aut in mari per naufragium amissa”. Porro: “si qui piratis bona mer-
catorum

^{r)} DU MONT T. VIII. p. 436. SCHMAUSS C. I. P. p. 1239.

^{s)} SCHMAUSS l. c. p. 1369. SENKENBERG l. c. p. 353.

^{t)} SCHMAUSS l. c. p. 1477. De omni hac serie pacificationum plura in-venies ap. GÜTSCHOW in laudata dissertatione.

„catorum, per eos depraedata, abstulerint, medianam partem bonorum illorum ipsi retinebunt, et residuam partem mercatoribus spoliatis restituere tenebuntur. Siautem per naves a civitatibus de hansa ad protectionem maris missas, hoc factum fuerit, tunc bona illa integraliter restitui debent illis, quibus ablata fuerunt.“

Exemplum moderationis, qua potentiores Hamburgum tractavit, edidit in primis in contentionibus crebris, inter reges Angliae, Sueciae et Daniae, et reliquas urbes hanseaticas, ad mare Balticum sitas, non sine harum insolentia et imprudentia factis, a quibus semper fere abstinuit, satius dicens, tempori et hominum interdum cupiditati indulgere, quam inconsiderate et impotenter in medium ruere. Nec tanti visum esse Hamburgensibus reperimus, aliquot numulos ad paranda sibi commoda erogare.

Contra, re locove suadentibus, fortes se atque constantes perhibuerunt. Nec enim facile aliiquid nunc tanta liberalitate et facilitate, nunc tanto rigore et tenacitate per innumera rerum discrimina vindicatum et servatum est, quam ius suffragii Hamburgensium in comitiis sacri Romani imperii.

E

SECTIO

SECTIO SECUNDA.

*De iis testimoniis, quae ius publicum Hamburgense internum
suppeditat.*

§. 20.

I. Relatione habita ad constitutionem reipublicae Hamburgensis.

Non dubium esse potest, quin et ipse modus, quo respublica Hamburgensis constituta est, ad felices commercii successus multum valuebit, sive respicias eius nexum cum imperio, sive internam rerum conditionem et formam. Ut enim constitutionis ratio fons plerorumque tam bonorum, quam malorum, quae civitati alicui contingunt, recte putatur, ita etiam magnam vim ad civium industriam et sedulitatem, et, qui inde pendet, negotiationis florem, habeat necesse est. Vereor tamen, ne vires, opusculi ratio, tempusque isti argumento non convenient: ad antiquitatem enim recurrendum, multarumque vicissitudinum ratio habenda, plurima inter se conferenda et ad politices normam revocanda essent, ut quodammodo appareret, tam qualis rerum facies quovis tempore regnaverit, quam quaenam commerciis plus minus profuerit. Quare hunc locum vacare malui, satius ducens, difficultatibus deterrei, quam impari Marte pugnare. Ut tamen aliquatenus officio meo satisfecisse dicar, ex summis momentis certe haec pauca, quamquam non nisi nomine tenus, lectori benevolo propinare licet. Aut enim egregie fallor, aut non in ultimis, quibus civitas nostra in favorem commerciorum suorum usia est, praesidiis haec sunt ponenda: primum status sui iuris, vi cuius nemini nisi caesari et imperio subest; tum ius sessionis et voti in comitiis imperii et circulorum; deinde

inde circumscriptio nobilitatis; summus contra honor mercatoribus habitus, et eorum ad summos magistratus admisso; denique iusta cum civibus summi imperii communicatio.

§. 21.

II. Respectu habitu ipsius iurium regiminis exercitii.

A. Ius supremae inspectionis commercia promovit, concessiones vel confirmationes dando hisce institutis, vulgo dictis:

I. Commerzdeputatian.

Alia quaestio ex iure publico Hamburgensi interno superest: quam bene suprema potestas iuribus regiminis, quibus absolvitur *administratio reipublicae iam constitutae*, in commercii utilitatem usa sit? Ad hanc iam respondendi locus est.

Nullum ex omnibus iuribus regiminis tam late patet, quam ius supremae inspectionis. Regnat per omnia, quae libertati relicta sunt naturali: fieri aliquid nec praecepit nec prohibet; sed ex his, quae sponte ab hominibus peraguntur, alia tacite comprobant, vel iis certe non contradicunt, alia, sua auctoritate vel concessionem vel confirmationem interposita, magis sanctant et corroborant. Posterior ratio obtinet in iis, quae non intra privatos parietes sese continent, sed in vulgus exent. In hunc censum in primis veniunt instituta, a civibus in publicam commoditatem usumque condita.

Commercii causa apud Hamburgenses plura eius generis instituta, a suprema potestate vel concessa vel confirmata, fundata sunt: quae omnino, quoad iis nota supremae potestatis impressa est, ordine recensere ex re mihi esse videtur.

Exoriar a deputatione commerciorum (*Commerzdeputation*). Anno 1665 omnes ac singuli mercatores, mari negotiantes, in eo conve-

nerunt, ut ex se ipsis sex persona^b, ex hautis senioribus (*Schifferalten*) unus eligerentur, qui praecipuam commerciorum curam haberent et custodiam, et quicquid consiliorum huc faceret, ad senatum ferrent. Nec senatus precibus civium, huius collegii confirmationem petentibus, defuit ^{a)}). Quilibet ex collegio per sex annos munere suo fungitur: ipsi mercatores novum membrum in recessentis locum surrogant. Septem hos viros nostris commerciis praeesse, eorumque tutores, defensores et gubernatores esse, iure tuo dixeris. Cuius tutelae partes sunt hae: senatui referunt, si quid boni malive commercia, navigatio, fabricae experiuntur, si novis consiliis opus est, si iniuriae vindicandae, et pericula evitanda sunt, et si quis in negotiis commercii a senatu impetrare aliquid cupit; ita tamen, ut in causis maioris momenti antea alios septem viros, in subsidium huic collegio adiunctos, sub nomine seniorum adiunctorum (*Altadiungirte*), in consilium vocare debeat.

Huic deputationi praeterea commissa est cura bibliothecae, haud quidem vastae, sed exquisitae, consensu mercatorum a 1735 fundatae, continentis libros tam utiliores quam rariores earum disciplinarum, quae ad mercaturam spectant. Patet musophilis quater per hebdodomadem.

§. 22.

2. Flander - Englands - Schonenfahrer gesellschaft.

Insignem viam ad florem Hamburgensem habuerunt varia collegia, quae commercium secundum provincias inter se diviserant (*Flander - Englands - Schonen - Bergenfahrer*), sibique privatuum ius in quo-vis quaestuoso negotiationis genere adquisiverant. Iam saeculo decimo tertio plures mercatores Hamburgi in ista collegia prospero cum successu coiverunt, summam benignitatem exteris, per iurium et im-

^{a)} Confirmatio existat ap. KLEFFER I. c. P. VI. p. 437.

munitatum fructuosissimarum, et liberae negotiationis concessionem testificantibus; ex quibus tamen omnibus praeter Scanicum (*Schonenfahrer Gesellschaft*), cum halecibus adhuc longe praecepit sibique propriam mercaturam faciens, nullum hodie amplius floret.

Dum in horum collegiorum potestate omne commercium Hamburgense versabatur, non fieri poterat, quin iidem viri et primores illorum, auspices totius patrii commercii haberentur. Sed aliam prorsus faciem res induit, ex quo Hamburgenses novas negotiationis vias in Francogalliam, Hispaniam, Lusitaniam, totumque mare mediterraneum, tum etiam in Russiam et in utriusque Indiae oras sibi aperuerunt et muniverunt: tum enim rerum mercatoriarum summa perenit ad eam, quam paragrapho superiore dixi, deputationem. Vestigia tamen ex dictis antiquorum temporum institutis adhuc in eo subsunt, quod hodie adhuc duumviri ex quovis istorum collegiorum, audientes seniores curiae mercatorum (*Börsenälten*), inspiciunt cursus publicos, eorum ministros nominant, et curam habent cum aliis curiae mercatorum.

§. 23.

3. Krameramt.

His societatis alia iungenda est, nempe tabernariorum (*das Kramamt*) complectens omnes, qui tabernas ferociarias, ferrarias, armatarias habent. Huius societatis origo est haec: Mercatus tabernarius initio cuilibet liber fuit; postea, propter vicinorum importunitatem, spe largioris lucri nimio numero ad istam professionem satis quaestuarium in urbe confluentium, ad legem aliquam adventuris duriori redigendus videbatur. Mercatores itaque pannarii (*Tuchhändler, Gewandschneider*) primi in sodalitium coiverunt, eius confirmationem

a senatu eo facilius impetrarunt, quo melius de flore urbis iam meruerant. Vi huius, testante iam recessu a. 1458, ius mercatoris pannarii a patre in filium transferri potest; nec praeterea ulla alia via ad illud ius patet, nisi forte quis octo annos in operis legitimi cuiusdam mercatoris painarii egerit, rite inscriptus et civis maior (*Großbürger*) factus sit v). Ex hoc exemplo originem duxit collegium, quod vulgo vocatur *Krammerant*, separatum a collegio mercatorum panniorum, atque vi privilegii peculiaris hisce legibus utens: Advenis non prius aliquod ex huius negotiationis generibus exercere licet, quam post decem octo annos, in operis tabernarii alicuius iam privilegiati actos: semel adquisitum tabernac ius tam in filios et filias, quam in viduas; et ab his rursus per nuptias in alios transmittitur, atque ita in totam urbem, nec insignioribus familiis exclusis, dispersum atque disseminatum est.

S. 24.

4. *Affecuranzcompagnien.*

Auspiciis publicis porro Hamburgi florent negotia in cavendo de mercibus navibusque consistentia, vulgo dicta *Affecurantiae* (*Affecuranzgeschäfte*), quibus non facile ad salutem suam carere potest ulla civitas, quae commerciis paulo impensis operam dat. Ad nos allata sunt procul dubio saeculo decimo sexto ista spei negotia per familias Flandricas; sed initio incerta, et, si qua lis oriretur, arbitrio bonorum virorum commissa, subtilius demum definita et ad certam legem redacta sunt tam per iudicium, quod praest rei navalii (*Admiralitätsgericht*), a. 1623 constitutum, quam per ordinationem singularem affecurantiae a. 1731 introductam.

Fient

- v) Conferatur Eines ehrbaren Kaufmanns der Laken-Händler revidirte Ordnung, wie solche von einem Hochedlen Rath der Stadt Hamburg obrigkeitslich confirmirt worden. Mandaren-Sammlung. Th. VII. S. 1205.

Fiunt Hamburgi tam a singulis hominibus quam ab integris societibus (*Affécuranzcompagnien*). Iam a. 1720 in tali societate statuenda laboratum est. Consilio vero parum favit senatus, veritus nimis, ne ex mente auctorum tale institutum in negotium quae-arium, admodum diffamatum sub nomine *der Aktienhandels*, degeneraret. Vix inita ergo societas a senatu disolvebatur x). Anno vero 1765 alia eius generis societas, ad solas cautiones de maris et ignis iuriis restricta, atque fundamentis solidissimis ac simplicissimis superstrata, auspiciis insigniorum patriae mercatorum inita et a senatu comprobata est y). Magis magisque deinceps hoc institutum multiplicatum et amplificatum est, ita, ut hodie sex florent, quae non solum de navibus et mercibus Hamburgensium, sed etiam plerorumque exterorum cauent. Durante novissimo bello maritimo istarum societatum res florentissimae erant, ad earum cautiones non solum mercatoribus Danicis et Suecicis, sed quoque Anglicis, Hollandicis et Franco-gallicis confugientibus.

§. 25.

5. Banca.

Accedit institutis, in commerciorum fayorem sanctione publica munitis, argentaria mensa publica, vulgo *Banco* dicta, iam a. 1619 fundata, tum cum per totam Europam non nisi duae aliae, una Venetiis ex a. 1587, altera Amstelodami ex a. 1609 existabant. Istarum

men-

x) Vid. Mandat wegen des Aktienhandels d. 19. Jul. a. 1720; it. Decret wegen der Affécuranzcompagnie d. 26. Jul. 1720, in der *Mandaren-Sammlung* Th. II. S. 927. 928.

y) Conventionis articuli separatis impressi exstant: inserti etiam sunt collectioni KLEFKEKER. P. II. p. 591.

mensarum duae in primis species sunt, alia quae *Girobanko*, alia, quae *Zettelbanko* appellatur. Haec negotia sua literis expedite, quibus verum pretium, in sua fide depositum, repraesentatur (*Banknoten*), ita ut ei, ad quem ista signa per cessionem vel alienationem quamcunque perveniant, debiti iure ad promptissimam solutionem obligata sit. Illa contra argenterii potius vel administratoris loco fungitur inter eos, qui ei massam aliquam rudis argenti vel pecuniarias quantitates in depositum deliverunt; debita sociorum fide sua accepta dat et habet sola nominum transcriptione; quo efficitur, ut, quae est praecipua huius instituti dos, solutiones, quae in pecunia numerata fieri debent, faciliores et expeditiores reddantur. Huius etiam naturae est institutum Hamburgense, cui tota quidem Europa confidit, sed praeter cives Hamburgenses nemo ad hoc consortium admittitur. Nihil nisi rude argentum vel specie thaleros unciales, atque ex argento ita puro cusos, ut singulae marcae non nisi unciam, deductis adhuc quatuor granis, metalli adulterini admixtum habeant (14 Loth 4 Gran fein), in depositum recipit. Hoc praeclarissimum institutum, fide reliqua omnia superans, nervus et anima quasi mercatus nostri est; toti etiam Germaniae ipsis turbulentis rei monetariae rebus mirum in modum profuit, propterea quod monetas iuste aestimare, princeps docuit, tam suo exemplo, quam principiis ipsis publici iuris factis. Cuncti status imperii, imo etiam privati, quibus cum nostris per negotiationem nexus erat, valorem eundem, quem dicta argenteria Hamburgensis, monetis tribuebant, normae loco constantis adhibentes ipsius thalerorum aestimationem. Eandem normam hodie adhuc tuto sequimur, qua una marca puri argenti aequalis est 27 Mk. 10 Sch.

Praeest huic instituto singularis deputatio (*Bankdeputation*), constans ex duobus senatoribus et novem civibus vari generis, lingua vernacula

nacula ita dictis: 2 Oberalten, 2 Kämmerereybürgern, 5 Bancobürgern.
Hi posteriores quinque cives in primis quotidianam et diligentioram
ipsius curam habent.

§. 26.

6. Hamburgische Gesellschaft zur Beförderung nützlicher Künste und Gewerbe.

Haec societas, a. 1765 constituta, et a. 1767 publica auctoritate confirmata, uti universe quodlibet bonum et praeclarum seclatur, ita in primis de commerciis quae nostris immortaliter meruit, quippe semper studuit, civium industriam incitare et ad aemulationem cum peregrinis inflammare, languescens cuiuscunq; quaestus genus reficere et recreare, et omnia, quae in salutem humanitatis noviter inventa sunt, divulgare. Plures ex sociis scriptis classicis de libertate commerciorum et de universa re negotiaria merito inclaruere. Facem enim praetulerunt in multis argumentis summi momenti, qualia sunt de prohibendis exterorum produclis, et de interdicenda pecuniae exportatione. Porro haec societas severoribus reique convenientissimis ordinationibus, ad occurendum fraudibus in negotiatione filaria, ansam dedidit, plura consilia ad commodiorem et meliorem navigationem in flumine Stekenitz reddendam suppeditavit, in pyxide nautica (Compass) perficienda felicem operam collocavit, et scientias rei nauticae theoreticas gratis tradere coepit. Eadem etiam debemus calendarium nauticum, quotannis prodiens z).

§. 27.

z) Plura de hac societate invenies in scriptiuncula viri amplissimi, Ioan. Arn. GÜNTHER, nunc rep. nostrae senatoris, viri, cuius insignia merita tam haec societas, quam civitas nostra et tota respublica literaria iusta debita gratia agnoscunt. Scripti titulus est: Versuch einer Ge-

§. 27.

7. *Redempcio nautarum ex captivitate.*

Nec sicco pede praetereundae sunt curae, de redimendis atque liberandis a servitio nautis habitae, nihil secus quam inutiles olim commerciis nostris. Dua sunt instituta, quae hue faciunt. Primum memorandum, est aerarium illi consilio a. 1624 destinatum, cui quilibet gubernator caeterique nautici, a litore Hamburgensi solventes, aliquid conferre tenentur. Accedunt praeterea annuae collationes supremi rei nauticae collegii, cui etiam administratio huius aerarii commissa est. — Deinde eidem consilio aliud aerarium, cuius cura senioribus nautis (*Schifferalten*) mandata est, inservit. Fontes habet tam in collectis ecclesiasticis, per patinas quotannis pluries hoc pio consilio instituti solitis, quam in parte stipitis, ab iis, qui mari victum quaerunt, ex certa et constanti norma danda; denique etiam in collecta annua, ad omnes urbis incolas lubentes atque volentes pertinente. — Faveatis, cives, et in posterum huic instituto, quod tot strenuos bonosque viros suis et patriae ex turpi servitio servatos reddidit, tum etiam, quod nautas nostros, luitionis spe fidentes, haud sinit ulla pericula, a piratis metuenda, reformidare!

In his subsistam, quoad ius supremae inspectionis. Sunt quidem praeterea multa alia, quae auspiciis illius juris in favorem commericorum sunt. Quicquid enim sit, quod laudabiliter in civitate aliqua geritur, id vi supremae inspectionis fanciendum est, nisi expresse per

con-

Schichte der Hamb. Ges. zur Beförd. der Künste und Gewerbe, in den ersten 25 Jahren ihrer Existenz. Invenitur in libello, edito 1790 sub titulo: Drey Reden, welche bey der 25jährigen Stiftungsfeier der Hamb. Gesellsch. &c. den 15. April 1790 gehalten worden.

confirmations et concessiones, certe tacite per patientiam et toleran-
tiam. Itaque memorari adhuc possent innumera privatorum consilia,
conamina, facinora, innumera instituta et societates. Sed in tōt tantis-
que, quae suprema potestas fecit, haud impium videtur, ea negligere,
quae eadem fieri passa est.

§. 28.

B. De regali iurisdictionis.

In alium locum iam descendamus. Videamus, quales partes po-
testas iudiciaria in palladio nostro custodiendo egerit.

Hamburgum quidem iudicio universalī, causis nauticis et merca-
toriis unice destinato, quale in aliis insignibus, quae mercatum faciunt,
urbibus et civitatibus reperitur, destituitur. Nihilo tamen minus ex
hac parte commerciis prospectum est per collegium rei navalis supre-
num (*Admiralitätscollgium*), a. 1623 auctoritate senatus ad sollici-
tationes mercatorum institutum a). Habet iurisdictionem in omnibus rem
navalem concernentibus causis, praecipue in iis, quae vulgo sic dictas
assecurantias spectant: nec in his tamen prius, quam frustra virorum
bonorum arbitrio adhibito. Nulla datur ab hoc iudicio adpellatio, nisi
ad ipsum senatum. Series personarum, quibus constat, est haec:
praeses, ex magnifico consulum ordine, alternis annis nunc eorum se-
cundus, nunc tertius; ex senatoris ordine quatuor, duo iureconsulti et
duo mercatores; ex civibus sex mercatores, delectu in primis eorum ha-
bito, qui cum Italib[us] et Hispanis negotiationem exercent, ideoque com-
merciorum rationem, qualis his est, probe cognitam exploratamque

habent;

a) KLEFEXER I. c. P. I. p. I. WERLHOF *commensatio de admiraliitate Ham-*
burgensib[us]. Helmst. 1750.

habent; duo ex nautarum collegii senioribus, haud perperam in sodalitum assunti, quia tales viri variorum locorum moribus et consuetudinibus imbuti, usque diuturno in negotiis maritimis valde exerciti esse solent; protocollo scribendo adsidet medius senatus secretarius.

§. 29.

C. De regali politiae.

I. De iis, quae ab admiraltate quoad politiam geruntur.

Latius tamen adhuc patet huius iudicij provincia, inter alia etiam porrecta, ad varias politiae curas, commerciorum securitatem respicientes. Abiecit quidem admiraltas medio saeculo decimo octavo consilia, armatis navibus mercatores a maritimis iniuriis defendendi, quibus ex anno 1663, quo primum, vi conclusi senatus et civium, duae naves bellicae armabantur, vacavit: contra eo maiore assiduitate in eo laboravit, ut navigationem in Albi a procellis et a vadorum et scopulorum insidiis tutiorem redderet. Magna est fama, quam sibi inde apud exterios comparavit: maior vero adhuc utilitas, quae inde in commercia redundavit.

Utitur in primis numero satis magno gubernatorum navium (*Lootsen*), qui periti sunt locorum circa Albis ostium, et alvei indolem una cum novissimis ipsius mutationibus exploratam habere, seque, ut peritiam hanc probent, antea, quam adsumuntur, examini sistere debent. Subsunt tribus viris, quorum unum vocant *Lootsinspektor*, reliquos *Lootschiffer*. Omnes naves per flumen usque ad amphoram rubram (*die rothe Tonne*), in alto positam, conducunt ultro citroque. Diu iam viguit hoc institutum. Anno 1607 gubernatores navium, sumtibus publicis conductos, invenimus. In mandatis senatus primum occurunt

a. 1639.

a. 1639 b). Per ordinationes vero annorum 1668, 1719 et 1750 res emendata, amplificata est, et, ni fallor, prorsus perfecta c).

Praeterea admiralitas eodem consilio curam signorum, navigantibus dandorum, suscepit. Tria in primis eo referri solent. Primum pharus, in insula, dicta *das neue Werk*, exstructa. Deinde ignis, qui in insula Slesvicensi *Helgeland* ex anno 1761 lithantracibus alitur. Quibus signis navigantes monentur, se circa ostium fluminis versari, ideoque sibi paulo anxius cavendum esse a scannis arenaceis, quibus ista regio abundat. Denique etiam insula novi operis, tam altis suis turribus, quam quatuor rusticis tuguriis in litore positis, quia ad utrumque signum ex alto prospectus datur, navigantibus ad cursum bene dirigendum multum prodest; nec ideo istae quatuor aedes, quas usus semel publice utiles fecit, mutare, minuere, in aliud locum transferre, vel earum numerum augere permisum est. In recenti memoria est, cum una ex aedibus ante aliquot annos flammis consumebatur, nec ob facultatum angustias a domino statim restitui poterat, quanta celeritate, ne quis defectu deciperetur, auctoritate admiralitatis ipsa ex ruinis novum aedificium exsurrexerit.

Egregia sunt haec ad mala avertenda praesidia! Nec tamen cura politiae nostrae in iis adquievit; sed alia adhuc, ab admiralitate separata, in subsidium vocavit.

S. 30.

2. *De iis, quae a depuratione Albis aliisque collegiis quoad politiam geruntur.*

Institutum enim est, ut securitati Albis superioris, nec non portuum et sinuum commoditati invigilaret, peculiare collegium sub ad-

pella-

b) Mandatenfammlung. Th. I. p. 42.

c) KLEFFER P. I. p. 113.

pellatione deputationis Albis, constans syndico uno, quatuor senatoribus, duobus quindecimviris (*Oberalten*), tribus camerariis, tribus deputatis commercii et uno seniore nautarum. Curam habet, ut Albis superioris conditio in alto examinetur, moles in transversum flumen, vel muniendae vel amplificandae ripae causa, ab accolis iactae, si navi um fluviive liberum cursum impediunt, tollantur, aliae vero ad coercendam aquarum vim, ubi opus, immittantur, ut scamna arenosa removeantur, denique ut canales in urbe ipsa satis mundi ac profundi sint.

Accedunt aliae inferioris Albis curae, partim collegio der Kämmererij, partim der Stackdeputation demandatae; quod posterius institutum a. 1738 proprie ad ripam, vi fluminis recenter adhuc laceratam, tuendam et reficiendam fundatum constat uno syndico, tribus senatoribus, tribus camerariis, tribus membris admiraltatis, et uno nautarum seniore. Huc in primis pertinet cura portus *Cuxhavenis*, paulo angustioris quidem, sed tamen commodissimi et tutissimi. Illuc profugium habent naves, impetu glaciei solutae lacessitae; nec raro vel ultra quinquaginta ibi una morantur. Porro memoranda sunt duea altissimae turres, vulgo *Baaken* dictae, in confinio portus ex trabibus roboreis ideo exstructae, ut navigantibus essent notae ac signa. Tres aliae eiusmodi, a pharis probe secernendae, sunt in insula *Neuwerk*, una lapidea, quadrata, centum pedes in porrectum et quadraginta quinque in latitudine patens, reliquae duea ligneae. Hae turres, quantumvis utiles, tamen rem non conficiunt, partim quia tempestate nebulosa vel omnino latent, vel certe difficiliter patent, partim quia quoad locos maris periculosos et insidiosos nil fere praestant. Ne ergo quid desideraretur, alio invento succursum est. Scilicet inde ab extremo Albis ostio usque ad urbem magnus numerus cadorum lignorum conicorum, orbibus ferre.

ferreis constrictorum, partim alborum, partim nigrorum, in aquae superficie disseminatus est. Lapide in flumine demissso per catenam ferream in sua flatione detinentur. Numerus eorum accurata definiri nequit. Sumtus in hoc institutum, quod nescio utrum ingeniosius an utilius sit, ex aerario publico erogantur.

Hactenus de iis, quibus ius politiae de navigatione et commerciis meruit.

§. 31.

D. *Ius vectigalium.*

Dispiciamus iam de iure vectigalium, admodum cognato cum commerciorum fortuna vel prospera, vel adversa. Pluribus vectigalibus urbs dotata est. Primum penitandum ab omnibus mercibus, quae, sive terra sive mari, ex urbe in imperium Romanum exportantur, vel ex hoc ad illam advehuntur. Nititur immemoriali observantia eique additis confirmationibus. Secundum nuncupari solet *der Werk- und Baakenzoll.* Solvitur in compensationem aliquam a navibus, quae insulam novi operis praetervehuntur, pro sumtuosissimis operibus et institutis, in communem utilitatem et commoditatem circa ostium Albis ab Hamburgenibus in se suscepis. Ex insula, loco receptionis veteri quidem, sed ob difficultatem appellendi non satis opportuno, translatum est in ipsam urbem. Immemorialem huius iuris possessionem imperatores Germaniae confirmationibus pluribus corroborarunt. Tertium similem originem habuit. Itidem enim penditur in remunerationem impensarum gravissimarum, quas admiralitas, ad navigationem in Albi tutiorem et faciliorem reddendam, tulit et adhuc fert; unde etiam nomen fert *der Admiralitäts-Zoll.* Impositum est tantum ipsis mercibus, quae in Russiam, Francogalliam, Hispaniam, Lusita-

Lusitaniam, et in mare mediterraneum exportantur, vel inde per Albinum in Germaniam reducuntur. Quartum vestigial est Schaumburgicum, de quo iam supra. Solvit pro mercibus abeuntibus, non advenientibus, exclusis tamen quoad illas etiam civibus Hamburgensibus.

Agunt de his teloneis art. 59 recessus principalis a. 1603, item ordinatio vestigialis a. 1621, revisa a. 1736, et praeterea multa mandata tam huius, quam superioris saeculi.

Anno 1713 vi conclusi senatus et civium prima de mercium transitu ordinatio promulgata est, qua constituebatur, ut vestigal, multum temperatum, a solis mercibus peregrinis transeuntibus exigeretur; quae benignitas postea, quia ipsis rebus Hamburgensibus consultum videbatur, a. 1727 in plenam abrogationem abiit, exceptis tamen vino, vino adusto, aceto, ligno et frugibus.

Praeterea nonnullae merces, etiamsi accedant vel abeant, ab omnibus teloneo exemptae sunt. Hoc factum est v. c. a. 1748 ad duos proximos annos, quoad frumenta, tam exportanda, quam advehenda, ut commerciis huius generis prospiciatur, salvis tamen caeteroquin in posterum civitatis iuribus. Idem factum est a. 1764 quoad linteas, cuprum et laminas.

Hamburgum semper libertati commerciorum illimitatae favit, quippe quam sibi fructuosissimam, et naturae situique urbis convenientissimam experta est; in quo multum distulit ab aliarum civitatum ratione, quae nova semper et graviora vestigalia subditis imponunt, eoque uberrimos fortunarum fontes, ex quibus civium facultates alimenta capere possent, satis imprudenter praecidunt. Nec mirum ergo, quod vel hoc, quod agimus, saeculo Hamburgum nova commercio-

merciorum et quae inde redundarunt, opum divitiarumque incrementa cepit d).

§. 32.

E. De iure reformandi.

Nec etiam tacendum est, quain sapienter civitas nostra iure reformandi usa sit. Ex saeculorum praeteritorum memoria satis constat, quanta vulnera illud ius huic civitati, quanta commoda illi tulerit. Hic commercia prostravit, illic sustentavit; huc sedulitatem, illuc inertiam vocavit; hic egestatem induxit, illic opes profudit.

Ex legibus fundamentalibus nostris quidem soli Lutherani ad senatum vel ad locum in civium collegiis et conventibus aspirare possunt. Nihilo secius tamen Catholici, Reformati et Mennonitae a civitate nequaquam excluduntur. Porro societati mercatorum Anglicorum iam a. 1611 liberum religionis exercitium in aedibus, in hunc finem permisiss, donatum est. Alijs quidem occasionibus severiores et difficiliores nostrates fuerunt. Nam Belgae, fidei reformatae addicti, uti et alii advenae catholici, nec non iudei, recepti quidem sunt in urbis tutela, sed primum absque ullo religionis exerciti in urbe eiusve ditione solatio. Postea vero multum ex illo rigore remissum est. Incunabulo decimo octavo enim Reformati et Catholicis incolis sacella legatorum caesareorum et Hollandicorum frequentare concessum est, omnibus tamen actibus parochialibus clericis legatorum severissime interdictis. Quoad iudeos, a. 1712 per commissionem caesaream, res, uti hodie adhuc iis utimur, compo-

d)

fitac
d) Ordinationes vestigales separatione impressae sunt. Mandata reperiuntur

in der Mandatsammlung sub rubris: Zölle, Zollzettel, Atteste. Ordinatio de mercium transitu a. 1715 exstat apud KLEFEKER P. VI. p. 594.

G

sitae sunt. Anno 1785 denique cunctis in S. R. I. receptis religiōnibus privatum religionis exercitium a senatu et civibus datum, quo hodie adhuc gaudent.

§. 33.

F. De iure legationis et receptionis novorum civium.

Ex iure legationis haec fere commoda in commercia derivare solemus: Interdum membra senatus, legatorum dignitate insignita, negotiationis causa ad exteras aulas mittuntur. Praeterea res publica nostra tam ministris perpetuis, quam consulibus et agentibus utitur, qui praeter alia negotia commerciorum curam apud exterros habent. Hosce viros eligendi potestas est penes ipsum senatum.

Coronidis loco memoranda est deputatio perpetua senatus et ci-vium, a. 1638 constituta, ad tractandum cum iis, qui ex aliis terris domicilium ad nos transferre cupiunt (*Deputation zur Annemung in fremden Contrakt*). Ex quo adparet, quam sedulo Hamburgenses ius recipiendi novos cives, ex cyclo regalium minime excludendum, in publicam utilitatem adhibere laboraverint. Nec desunt exempla, ex quibus patet, quam bene ista cura nostrisibus cesserit. Ex multis unum petere sufficiat a familiis Belgicis, quae initio saeculi decimi septimi urbi nostrae advenerunt. Primus contractus, cum hisce advenis, qua stabili societate, quae tunc centum et triginta personas comprehendebat, a. 1605 ad decem annos initus est. Hic contractus, annis 1615 et 1658 renovatus, receptis Belgis in corpore consideratis, normam in mercatu exercendo scripsit, eis tributum, quovis anno die Luciae solvendum, (*Lucienschoß*) imposuit, atque omnia quoad reliquias contributiones et vestigalia adcuratius definitivit. Postea vero non cum universa societate, sed cum singulis seorsim quoad ista capita tracta-

tractare placuit. Multas enim vicissitudines societas experta est, inter quas etiam haec, quod plurimi socii civibus Hamburgensibus adscripti, et omnium privilegiorum civilium et summorum in republica honorum participes facti sunt.

PARS SECUNDA.

*De studiis Hamburgensium, promovendi commercia, in iure
privato Hamburgensi conspicuis.*

SECTIO PRIMA.

De legibus statutorum Hamburgensium corpore comprehensis.

§. 34.

I. Generalia.

Omnia ad mercaturam in civitate nostra tendunt. Flos commerciorum salus reipublicae est! Merito legislatores haec tueri, servare, promovere, omni virium contentione studuerunt. Nec ius privatum ab hisce studiis excludendum putarunt: id potius egerunt, ut vel exinde libertas et securitas commerciorum augerentur; tam per iurum inter privatos adcuratam definitionem eorumque ad negotiationis natram adcommodationem, fidei publicae sustentationem, dominiorum sanctionem, et ambagium a iudiciis remotionem, quam per civium incitationem ad integritatis, probitatis, et sinceritatis studium et ad aequitatis et honestatis sensum. Testimonii loco provocare licet ad

G 2

histo-

historiam Hamburgensem, collectionem statutorum nostrorum et alias
hoc nomine non comprehensas leges.

Ius nostrum Hamburgense maxima parte desumtum est ex iure
civili Romano, quod ob summam aequitatem, copiam et subtilitatem
magnam laudem merito sibi paravit: sed sapientissimi maiores nostri
in condendis sibi legibus, diversum regimen, mutata tempora, et praecipue
commerciorum rationem reputantes, in multis locis a Romanorum
placitis recesserunt. Qualem enunciationem exemplis, a com-
merciorum argumentis petitis, illustrare, huius instituti est. Et ut
omnia rite disponantur, primo loco ad eas leges, quae in corpore sta-
tutorum nostrorum, altero vero de his, quae separatim exstant, com-
mentari liceat. Quoad illas, ipsorum statutorum ordinem sequar.
Ne tamen, lector benebole, obliviscaris, me nil nisi sciographiam
promisiisse!

§. 35.

II. Speciatim agitur

A. De praescriptione.

Quoad praescriptionem, ante omnia ad promovendam mercatu-
ram necesse esse videtur, terminum archiorem, quam quem ius Ro-
manum, scribere. Germanis antiquis hic modus adquirendi omnino
ignotus fuit, sicut iuri naturae non inest. Medio aeo vero ex usu
iurium exoticorum invalidit in Germania usucatio annalis, ad securi-
tatem dominii stabiliendam, fidem firmandam, lites dirimendas, et
ita universè ad commerciorum vigorem promovendum admodum apta.
Quae praescriptio annalis in iure Saxonico et Lubecensi quoque lo-
cum habet. Mirum est, Hamburgenses hanc normam, rationi vitae
nostrae insigniter convenientiem, haud fecutos esse. Parte I. titulo 21.

art. I.

art. 1. sancitur, ne praescriptioni locus detur, nisi quoad mobilia trium anhorum decursus, in possidente bona fides et iustus titulus, praeterea res ad praescribendum habiliſ adſit. Attamen excipitur parte II. tit. 21. art. 2 et 3. res furtiva, trans mare vecta, et per anni spatium quiete posſeffa, quam, si illa probentur duobus fide dignis testibus, haud vindicari posſe a domino, quamvis praefente, statuitur. Conſtat, hanc legem ad impedientas lites introductam eſſe et ad utilitatem publicam. Altera exceptio a regula invenitur P. I. tit. 30. art. 2. et P. III. tit. 3. art. 18; ſed de immobilibus loquitur, quare huic non quadrat.

§. 36.

B. De libris mercatorum.

Melius consuluerunt statuta noſtra mercatuae per determinatio-nes factas circa probationem per libros mercatorum. Hoc privilegium mercatorum, quod libri eorum rite instituti in proprium commodum et pro ſcribentibus ſemiplene probent, iuri communi prorsus contrarium eſt; ſed in natura rei et favore commerciorum, tum etiam in diligentia et consilio, quo libri tales ſcribuntur, denique in neceſſitate reciprocæ fidei nititur; nec uſquam forte tam late patet, quam Hamburgi. Sine mutua fide commercia florere nequeunt. Venditor ergo ſine chirographo verbis emtoris fidem habeat neceſſe eſt: quanto ma-gis emtor viceſſim venditoris ſcripturae eam habere debet? Hoc fun-damentum privilegii, quod fuleri commercii inſtar eſt, plures Germaniae provinciae haud agnoverunt, et multis modis iſtam normam cir-cumſcripferunt. Sie in Saxonia electoralı tunc demum libri merca-torum ſemiplene probant, ſi auctor aequē ac reus negotiatores ſunt, nec iuramentū ſuppletorium permittitur, ſed defertur purgatorium e).

G 3

In

e) Sächſische Proceſſordnung. Tit. 30. par. 4.

In terris Brunsvico-Luneburgicis idem constitutum est, causa insuper ordinationi addita: “es soll den Handelsbüchern —— kein halber Beweis beygelegt werden, zumal solches in den gemeinen Rechten keinen Grund hat” f). Edictum electoris Brandenburgici a. 1639 libros mercatorum et alias adnotaciones privatas post sex menses probare negat g). Quod tamen vigore edicti a. 1704 et declarationis a. 1726 subditos solos inter se, non autem exteros negotiatores obligat. Codex Fridericianus ita disponit: libri mercatorum, qui bonae famae sunt, semiplene probant, si agitur circa trimestre post contractum debitum; postea, si reus debitum negat, actor per rationes subscriptas, per chirographa, seu alias probationes iuridicas, excepto iuramento, quod nunquam admittitur, ius suum probare debet h). Novo corpore iuris Borussici statuitur, probationem horum librorum restringendam esse ad lites inter mercatores, sed tunc plenam esse: libros contra alios non quidem causam debendi ipsam, hac tamen aliunde patente, probare tempus initi negotii, quantitatem et qualitatem mercium, pretium, tempus promissae solutionis, circumstantias rei, sed tantum semiplene, et tunc iuramentum suppletorium admittendum: Iudaeorum libros mercatorios, propria eorum lingua scriptos non probare, nec libros braxatorum, pistorum et tabernariorum in pagis vicisque, licet in forma mercatoria sint scripti: contra heredes negotiatoris vim probandi libris per quinquennium, contra heredes alius semiplenam probationem per spatium unius anni manere i). Praeter has circumscriptiones

privi-

f) Verordnung vom 21. Mart. 1720. Corp. Const. P. II. c. 2. p. 639.

g) Corp. Constitut. March. P. II. S. I. p. 201.

h) Cod. Frid. P. III. tit. 23. par. 13 et 16.

i) Allgemeines Gesetzbuch für die Preussischen Staaten. P. II. tit. 8. par.

privilegii quoad personas, quoad tempus, quoad locum, plura statuta adhuc summam desinunt, ultra quam probationi per hos libros minime locus est. Sic iure Lubecensi tantum obtinet in quibusdam speciebus librorum quoad triginta marcas, non ultra, secundum art. 4. tit. 6. libr. 5. „Gewandschneider- und Kramerbücher seyn zur Schuld zu beweisen gemugsam, bis auf dreissig Mark“. — Nostrates vero intellexerunt, summam dilatationem huius praerogativae fidei publicae et flori commerciorum utilem esse. Statuitur nimis parte I. titulo 30. art. 6. et 7. libros mercatorios negotiatorum bonaे famae et existimationis, recte et adcurate scriptos, quibus debitum et creditum, annus, mensis et dies, una cum causa debendi notantur, ita probare, ut producenti iuramentum suppletorum deserri debeat. Quae ordinatio ad nullam diem, ad nullam summam, et ad nullum locum restricta est: nec inter certas tantum personas valet. Post mortem mercatoris libri ita comparati plene probant.

§. 37.

C. De deposito.

Fides porro et securitas, sine quibus commercia frigent, sese prodidere in legibus a nostratis de depositis latis. Ius Hamburgense quidem in plerisque convenit cum iure communi, quod in hoc capite praecipua aequitate excellit. Sed in nonnullis statuta nostra ab illo recedunt, eo quod proprius adhuc ad aequitatem accedere studuerunt. Iure civili depositarius non tenetur, si probaverit, rem depositam casu periisse, nisi deponens, culpam causam dedisse, evincat: nec obligatur in thesi ad praefundum iuramentum purgatorium, quia culpa lata, qua depositarius tenetur, non praesumitur. Secus ius nostrum. In civitate, cuius salus publica pendet ex fiducia mutua et integritate,

suspi-

suspicio quoque removenda est. Merito igitur art. 2. tit. 3. P. II sanctitatem depositarium hoc casu iuramento firmare debere, rem depositam sine culpa sua perisse. Ita etiam lis eo citius finitur. Ex altera parte quoque conditio depositarii nostris legibus melior redditum est. Non solum necessarias impensas, in rem depositam factas, contraria actione repetere potest, sed quoque secundum art. 10. tit. 3. P. II. in concurso omnibus creditoribus praesertim. Egregie leges ita faniuntur! Plurimum enim interest, ut depositarii prompti sint ad tales expensas faciendas, quibus res depositae haud raro conservari solent, quae alias in summum detrimentum deponentis vel creditorum periturae fuissent.

§. 38.

D. De rei vindicatione.

Devenio ad rei vindicationem, doctrinam iure Romano introduciam, et omni iuris analogiae egregie convenientem, sed genio civitatis nostrae omnino adversam. Quare statutis nostris P. II. tit. 2. art. 7. ille perantiquus canon: “*manus tueatur manum (Hand muss „Hand wahren“)*”, introductus est, ex quo dominus rei non adversus possessorem, sed contra eum tantum agere potest, cui rem suam tradiderat. Quem articulum ad vetustiora iura nostrorum pertinere, docet statutum a. 1291, ex quo verbotenus in recentissima statuta translatus est ^{k)}. Aequissima haec norma praevaluit per totam fere Germaniam; nec immerito sane! Promovit enim in iudiciis simplicitatem, facilitatem, integritatem; subtilitates iuridicas et difficultates probationum excludit; possessionem bona*e* fidei defendit; dominium secundum redditum, et omnino priscae isti merito laudatae Germanorum fidei optime convenient. Ita docet speculum Saxonum libro II. art. 36. et

60.

^{k)} Thesaurus iuris prov. et statut. Germaniae. T. I. p. 691.

60. Ista maiorum fides, qua ad rei restitutionem agere maluerant contra decipientem, quam adversus bona fide possidentem, item studium, hisce iustis et sapientibus principiis, florem commerciorum augendi, certissime verum fundamentum est receptionis istius canonis apud Hamburgenses. Eadem rationes habet quoque statutum, P. II. tit. 4. art. 2. in verbis: *zu Beförderung gemeiner Handthierung und Vermeidung beschwerlicher Disputation*, et statutum Lubecense, quod eundem canonom agnoscit L. III. tit. 2. art. 2. atque rationem legis declarat: *Ein ieglicher sehe wohl zu, wem er das Seine ausleihe und vertraue: denn da iemand seinen Glauben gelassen, da muss er ihn wieder suchen.* Quibuscum congruunt quoque Bremensium statuta ¹⁾, aliaque Germaniae iura provincialia et statutaria.

Verba ipsa, quae hoc attinent, ex vetustissimis legum nostrarum codicibus in novissima statuta translato, art. supra laudato ita se habent: *Welcher Mann dem andren leihet sein Pferd, Kleid, oder was es für Gut sey, und auf wasserley Weise er das aus seinen Wehren leßet, mit seinem Willen, und verkauft es derienige, der es in seinen Wehren hat, oder er versetzt dasselbige, oder wird es ihm abgeraubt oder abgeflohen; so mag derienige, der es erßlich versetzt oder verliehen hat, darauf wider den Einhaber desselben, wosfern derienige solches mit gutem Willen an sich gebracht, keine Fürderung haben, sondern muss sich deswegen an denselben, welchem er es geliehen oder versetzt hat, oder an dessen Erben halten.* Generaliter tantum et brevi exponam huius loci vim et sensum. Negat lex, dominum rem suam, quam volens ex possessione sua dimisit, a tertio iusti tituli possessore vindicare posse. De

solis

¹⁾ Cf. Casp. A RHEDEN de statutis Bremensibus ad mercaturam compositis.

solis rebus mobilibus loquitur, quod ex exemplis enumeratis et ex eo patet, quod immobilia rerum omnino praestanda est evictio m): cessat etiam legis ratio in immobilibus. Loquitur autem de qualibus cunque negotiis, quibus aliquis rem e possessione dimittit; licet enim titulus sit tantum de rebus commodatis, verba ipsa tamen generalia sunt: *auf wässerley Weise er das Gut aus seinen Händen lässt mit seinem Willen.*

Iam paucis adhuc haec iuris patrii regula ad praecipua negotia iuridica applicare iuvat. De commodante verba legis ipsa differunt: illi omnis actio adversus tertium rei possessorem ad eam vindicandam denegatur, quoconque modo translatata sit. Idem valet de pignore. Rem alteri pignori datam, et ab hoc in alterum translatam vindicare eadem lex vetat, quia domini voluntas adfuit in prima translatione. Ex eadem norma deponenti contra tertium, in quem depositarius rem transtulit, non realis actio datur, sed personalis tantum contra depositarium: quod admodum congruit cum alia dispositione statutorum P. II. tit. 5. a. 16. quae in casu concursus deponenti haud rei vindicationem, sed locum inter creditores hypothecarios non privilegiatos concedit. In deposito miserabili exceptio statuenda est, quod a quo vis vindicari potest, quia hoc casu deponens minime volens rem dimisisse praesumitur. Ita etiam ex iure nostro huic depositi speciei favetur. Quoad mutuum, iam ex iure Romano patet, mutuum ab eo, qui mutuum dat, vindicari non posse; sed expresse quoque ita fancit ius nostrum P. II. tit. 1. art. 3. *"Was also ausgeliehen, — — , destoeegen mag dem Gläubiger gegen den dritten — — kein Anspruch ,gebühren".* Item statuendum, si mandatarius leges praescriptas transgreditur,

m) Part. II. tit. 8. art. 15.

greditur, et per oppignorationem, venditionem, seu qualemcumque alienationem rerum mandantis violat. Hic duplex ratio intervenit, quare contra tertium bonae fidei possessorem ius domini haud exerceri nec res vindicari possit; partim voluntas, qua mandans res suas mandatario tradit, partim follertia, qua talis eligi, debet soletque, cui mandatur negotia. Quare nova concursus ordinatio art. 26. alio modo mandantem adiuvat, ita sanciens: si quis vendiderit merces, quas ab altero sub obligatione mandati aliorum mittere suscepit, venditionis contractus a domino quidem rescindi non potest, nec locus est vindicationi, nihilo minus tamen mandatarius poena maligni decoctoris affligendus, mandans vero in classe secunda ante depositum ordinarium collocandus est. Undique applicanda est regula iuris nostri generalis: „auf wasserley Weise er das Gut aus seinen Händen lässt „mit seinem Willen“. Merito quoque adplicatur ad locationem scilicet mobilium: (in locatione immobilium, quae frequentissima est, non valet).

Hactenus de denegatione vindicationis. Ex altera parte locum habet, si quis contra suam voluntatem detentione rei privatus est, si possessor iusto titulo caret vel bona fide destitutus est, in specie, si res furto vel vi ablata est, de quo casu ius nostrum expresse loquitur, P. II. tit. 8. art. 8. Quae tamen ad possessorem rei, ex peregrinis regionibus advectae, minus spectant. Hic enim tutus est, dummodo probaverit iustum titulum bonaque fidem ^{n).}

§. 39.

E. De communione bonorum.

Notatu dignissima et ad favorem commercii plurimum faciens est constitutio iuris nostri, quae ad communionem bonorum inter coniugium

H 2

ge-

ⁿ⁾ Nil melius praestantiusque de hac materia legi potest, quam D. Vincenti RUMPF, de rei vindicatione e iure Romano atque Hamburgensi. Goett. 1764.

ges spectat. Ius Romanum eam et omnes eius effectus omnino ignoravit. Bona paraphernalia a bonis mariti separata erant, cui nec usus-fructus nec administratio in iis competit, nisi expressa adeset coniugis voluntas. Uxor libera fuit ab omni obligatione ex debitis mariti, et cumulata optipis privilegiis ratione bonorum dotalium. In thesi talis legislatio aequissima mihi videtur. Certissime haud iniquum est, si leges feminis praeceteris prospiciunt, propter imbecillitatem sexus et negotiorum iuridicorum ignorantiam. Feminae, ipsis privilegiis sublatis semper fere perdite forent, et inopes, et praefisi, vitam comodam et iucundam parandi, desitutae. Alii creditores ante contractam obligationem cavere sibi possunt, eo quod personas, quibus fidendum putant, eligendi arbitrium habent; sex utor dotem inferre cogitur, et saepissime matrimonium ipsum invita init. Quod tamen summi ponderis est in salutem reipublicae: de matrimonii enim facilitandis, rite restringendis, sancte servandis et ab omni parte benigne tuendis, multum in republica pendet. Nullus matrimonii favor nimis esse potest.

Sunt tamen casus, in quibus haec privilegia repugnant sanctioribus reipublicae normis: in emporiis praesertim ille favor concurrit cum favore commercii ^{o)}, hic ergo summa cura adhibenda est, ut uterque sapientibus legibus coniungatur et concilietur. Quod in iuribus Hamburgensibus quam feliciter cesserit, res ipsa docet.

Communio bonorum — id est, condominium coniugum in facultatibus suis — vel particularis est, vel universalis. Altera quaedam tantum bona, presertim acquestum coniugalem — (*die Errungenschaft*), altera omnia bona complectitur. Ex antiquissimis temporibus illa apud gen-

^{o)} Necessitatem communionis bonorum in emporiis egregie probat GÜRSCHOW par. II in principiis.

gentes Germaniae usitata erat. Cum vero medio aeo Maiores incipiebant, consuetudines, observantias et iura in scripta congerere, plura provinciarum et civitatum statuta universalem bonorum communione inter coniuges introduxerunt, vi cuius omnia omnino bona, praesentia et futura, in matrimonium congregata et durante matrimonio adquisita, unum et indivisum coniugum patrimonium facerent. Ita iamiam speculum juris saxonici: l. 1. Art. 51. "Mann und Weib haben nicht gezwieiet Gut zu ihrem Leibe" et speculum juris suevici, cap. 46. "Mann und Weib mögen nicht haben Gut gezwieiet": unde quoque ortae sunt istae iuris germanici Paroemiae: "Hut bey Schleyer und Schleier bey Hut. — Leib an Leib und Gut an Gut. — Längst Leib, längst Gut. — Der letzte macht die Thür zu p).

Statutis Hamburgensibus non ineft proprius titulus, de communione bonorum agens, sed in pluribus articulis res ipsa clarissime exstat. Huc referendum esse puto articulum 4. 6. 8. Secundum hos ista bonorum communio quoque post mortem alterius partis continuatur, nec superstes ad solvendam eam cogi potest. In separatione liberorum tempore secundarum nuptiarum traditio inventarii omnium bonorum, nec non satisfactio liberorum ex omnibus opibus flagitatur. Matrimonio coniugum improlium dissoluto, et ita communione bonorum cessante determinatur; si forsitan divisio bonorum cum liberis primarum nuptiarum seu cum cognatis coniugis mortuae locus habeat, tunc omnia debita a toto patrimonio detrahi et reliqua dividi debere. Uxor tenet debitis mariti, in quo optimum condonimii bonorum criterium. Ita enim sancit articulus 10. tituli 5. partis II. "die Frauen sollen ihres eingebrachten Brautschatzes halber, in ihres Mannes Schulden, so in stehender Ehe gemacht, nicht allein keinen Vorzug haben, sondern der selbe, wie alle andre ihre in stehender Ehe angeerbte Güter sollen vor ihres Mannes Schulden haften und gehalten seyn." Ratio legis ita explicata est: "zu Handhabung gemeinses Nutzens, Trauens und Glaubens, und zu Beförderung der Handthierung." Articulus 12 hanc aeris alieni communionem itidem constituit.

H 3

Acqui-

p) Conferatur; si lubet, EISENHART deutsches Recht in Sprichwörtern. HERTIUS in paroemis. MASCOV in Opusculis, N. 4. KNORRE in libro: rechtliche Anmerkungen. Pag. 83.

Aequitas vero et sapientia legislatorum, favorem matrimonii haud negligentium, moderationem aliquam adhibuerunt, ita, ut uxor debitum mariti ante initum matrimonium contractis haud tepeatur: unde discrimin exoritur matrimonialum et antematrimonialium creditorum *q).* Multa vero disidia, summae discordiae, difficillimae disquisitiones, longae tristissimaeque lites ex varia interpretatione istius articuli *11.* tit. *5.* P. II. natae sunt. Multis casibus probatio aeris alieni ante matrimonium contracti, dolosae celationis vel gloriose multarum divitiarum, quae tamen deerant, ostentacionis, fere impossibilis fuit. Quibus omnibus nova concursus ordinatio occurrit, ut nunc de his rebus lex clara exstet, nec litibus amplius tanta occasio detur. Articulus *30* enim illud discrimin in totum tollit, et praecipit, ut uxori ius, quod debitum mariti ante matrimonium contractis, haud teneatur, per quinque modo priores coniugii annos maneat; quibus elapsis vero omnes suas opes massae tradat.

Nunc adhuc quaerendum est, num communio bonorum per pacta dotalia tolli queat? Quod ex natura rei haud facile probaveris. Obstant enim cum commodum reciprocum, coniugibus ex antiqua successione mutua, olim cum communione bonorum coniuncta, oriens, tum favor commercii, qui hanc legem introduxit. Sed haec dubia cessant, si cogitas, statuta communione bonorum non praecipere, sed tantum permittere *r).* Ergo minime negari potest, ex re ipsa coniugibus licere, per pacta dotalia quoad hanc communione vel agnoscendam vel repudiandam aliquid statuere. Plures quoque leges particulares expresse haec pacta admittunt, quales v. c. sunt Lubecenses *s),* Bremenenses *t),* Rostochienses *u),* et in terris Borussicis *v).* Ius Ham-

- q)* I. H. BOEHMER Dissertatio de communione aeris alieni inter coniuges hamburgenses. par. *127.* in tomo quarto Exercitationum ad Pandectaras.
- r)* Quam regulam posuit vir perillusris, praceptor ad cineres usque omni pietatis cultu venerandus, Georg. Ludov. BOEHMER, in diss. de Iuribus et Oblig. coniugum ex communione bonorum. par. *9.* In Electis Iuris civilis. tom. *3.*
- s)* GÜTSCHOW. par. *II.*
- t)* GILDEMEISTER D. de communione bonorum inter coniuges, maxime ex legibus Bremanis. (Goett. 1775.) par. *21.*
- u)* SCHROEDER Repertorium des Rostockischen Rechts,
- v)* Allg. Gesetz. der preuss. Staaten Th. *2.* tit. *I.* par. *412.*

Hamburgense de hac re nihil expresse sancit: sed doctores nostri me, rito optimeque contendunt, pacta dotalia de exclusa aeris alieni communione fieri posse. Nec defunt puto, exempla, licet rara sint. Hoc casu vero, quo ex communione bonorum, illata mariti creditoribus haud obligantur, requiritur, ut pacta per proclaimata et ephemerides publicentur.

Propter augustias temporis et fines huius speciminis, alios locos statutorum nostrorum, qui ad mercaturae florem egregie faciunt, praeterire cogor. Restant enim adhuc leges de portione statutaria, de muliere mercatrice, de emtione venditione, de pignore, de exceptione non numeratae pecuniae et aliae. Sed exempla, quae in medium tuli, sufficient.

SECTIO SECUNDA.

De legibus, hodiernam vim haud ex statutis haurientibus.

S. 40.

I. De iure cambiali.

Ad ius cambiale, moribus primum et consuetudine, uti vulgo, apud Hamburgenses introductum, in commerciorum favorem melius formandum et excolendum legibus opus erat. Non ergo mirum, quod iam a 1603 nostrates, exemplum Batavorum secuti, ordinacionem cambialem ediderunt. Revisa postea a 1711, et aucta et illustrata 1729 et 1732 nostris diebus mutationem insigne subire velle videtur. Hoc nimurum, quod currit, anno a viris ad commercii florem augendum deputatis nova iuris combialis ordinatio delineata est, quam concepit hujus deputationis praeses, vir civica corona dignissimus, Georgius Henricus SIEVEKING ^{a)}. Cuilibet harum rerum gnato nunc via patet, per annotationes et animadversiones ad summam, quae tale opus assequi potest, perfectionem, aliquid conferendi.

^{a)} Scripti titulus est: Materialien zu einem vollständigen und systematischen Wechselrecht mit besonderer Rücksicht auf Hamburg, denkenden Rechtsgelehrten und Kaufleuten zur Prüfung vorgelegt. 1792.

di. Itaque optime fundata est spes, fore, ut peractio paucorum annorum spatio res publica nostra in hac iuris prudentiae parte talibus legibus gaudeat, quae omnes hactenus notas praestantia superent. Optime, precor, cedant haec studia, ut et aliae gentes in posterum habeant, quod imitentur.

§. 41.
II. *De iure maritimo.*

Navigatio sine legibus nauticis ne cogitari quidem potest. Et Hamburgum legibus eiusmodi abundat. Ut enim leges vetustiores antiquiorum gentium aptae essent, ut non abhorreant a tempore locoque, hominumque moribus, ut aequitati conformes sint, hoc est, in quo Hamburgenses etiam cum laude versati sunt. Argumentum ducere licet ex eo, quod, sicuti Romani aliique populi a Rhodiis, ita Lubeckenses et Amstelodamenses ab Hamburgensisibus leges suas nauticas adoptarunt. Alia testimonia in medium ferre haud vacat, Antiquiora nostra in hoc genere iura sunt a. 1276, postea a. 1479 revisa et statutis a. 1603 adiecta. Novissima, quibus hodie utimur, continentur in ordinatione assecuraniae a 1731 (y).

§. 42.
III. *De legibus circa concursum.*

Leges, quas de concursu nostros tulerunt, quam aptae commerciis sint, egregie docuit Dr. THEODORUS HASCHE, amicus longe suavisissimus ^{z)}, ideo de hac re omnino tacere licet. Caeterum, quod nimia brevitas posteriori huius libelli parti nocuit, lector benevolus tribuat, precor, tam tempori, quam studio, molem coercendi, in quam commentationem hanc inter elaborandum, prelo iam urgente, excrescere videbam,

y) KLEFFER P. I. pag. 28. MAGENS Versuch über Assecuranzen. p. 758.

Separatim quoque impressa est.

^{z)} In dissertatione de legibus in favorem commercii latiss., praesertim in concursu creditorum. Goett. 1792.

Theses.

The f e s .

I.

Iuramenta religionis exiguntur a clericis summa aequitate.

II.

Austria summo iure eximitur a Vicariatu Imperii.

III.

Principi evangelico competit Ius, verbi divini ministros iam vocatos per reversales obligandi, ne controversias theologicas in concionibus publice proponant.

IV.

Optanda est conservatio imperii aulici tempore Vicariatus.

V.

Privilegia in re aliena, per non usum triginta annorum amittuntur.

VI.

Exceptio partus incerti non liberat supratorem ab alimentorum præstatione.

VII.

Dominus territorii tunc quoque damna depraedatis resarcire tenetur, si tributum vel pedagium a peregrinantibus non accepit.

POLYT

Malorum lumen. Et quod non solum in aliis
magis etiam in omnibus quae omnia sunt
sollicitus est et certe de multis et multis
enim etiam in unigenitis regnatur et in multis
etiam in aliis. Quod non solum in aliis
sollicitus est et certe de multis et multis
enim etiam in unigenitis regnatur et in multis
etiam in aliis.

Acta. Acta de liberis legitimacione et placitudo

ULB Halle

3

004 833 155



Slo



DISSERTATIO IN AVGVRALIS
DE
STVDIIS HAMBVRGENSIVM
PROMOVENDI COMMERCIA SVA,
TAM IN IVRE PVBLICO QVAM PRIVATO
CONSPICVIS.

QVAM
AVSPICIIS REGIIS
AVCTORITATE ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
IN
ACADEMIA GEORGIA AVGUSTA
PRO SVM MIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
RITE OBTINENDIS.

PROPONIT
DIE XXII. SEPTEMBRIS MDCCCLXXXII.

IOANNES LUDOVICVS GRIES
HAMBVRGENSIS.

GOTTINGAE,
LITERIS IOANNIS GEORGII ROSENBSCH, ADEM. TYPOGRAPHI.

